REVERENDISSIMO PATRI, AC DOmino D. Petro Palmerio Vienn. Archiepiscopo, & Allobrogum totiusq; Galliæ primati maximo, IOANNES PERRELLVS, S. D.

FERVNT Socratem, Præsul dignißime, duo tempora posuisse loquendi: uel de quibus clare ipse noueris, uel de quibus dicere operæ precium sit. Sed alterum impræsentia arrogare, extremæ cuiusdã fuerit dementiæ, in ijs præsertim, quæ pertinẽt ad rerum cœlestium, & quæ supra nos sunt, cognitionem. alterum uero, etiã si uel ingenij uel linguæ uitio minus succedat, semper tamen, quia de rebus necessarijs est, ueniæ locum & fortasse gratiæ inuenerit. Nec hercle spero fore tibi iniucundum libellum in tua familia natum ante aliquot annos, & iam aliquoties tibi primoribus solũ labris, & uix lambendo degustatum:

de cuius edititione ſæpe mecũ hactenus egiſti, hac ratione puto, ut cum multis gauderes eius pleniore fructu. Diſtuli tamen. uel communi omnium ferè ingenio, ut cum uelis nolint, cum nolis uelint: uel maxime non irrationabili animo mecum ipſe reputans, quàm nihil ſit lautitiarum in noſtris hiſce interpretationum ineptijs, quod cuiuſquam palato ſatisfacere poßit: niſi id forte contingat & à rerum nouitate, & à non inſuaui libri huius materia. Nam & à balbutientibus pueris, & tantum non infantibus ſuos amamus uel bellulos nuncios: & non infrequenter quoq;, ſi qua peregrini & noſtri uerbi hoſpites, quantumuis digna auditu dicendo ineptiant, ab eorum tamen ore pendemus auidi atq; hiantes. Accipies igitur, uel ut à puero & infante, uel ut ab utriuſq; uerbi hoſpite, eoq; Gallo, & Græcis & Latinis barbaro, ea quæ diſertißime Gaza de Menſibus memoriæ mandauit. quæ quidem ſcio nunc in tanta doctißimorum hominum multitudine, à quouis alio melius & ſuauius tradi potuiſſe, uel quondã ab ipſo etiam Theodoro utriuſq; linguæ peritißimo: niſi forte ei uiſum fuißet hæc duntaxat ſcribere hominibus ſuis, ueræ germanæq; menſium cognitionis iampridem ignaris: aut ſi ſperaßet rerum græcarum notiti

am non

am non iam Latinorum modo, sed & barbarorum posteritati curæ futurã. Is uero, ut fuit illud seculũ, eousq; eruditionem græcã alijs gentibus despectam sensit: ut cum uir doctissimus, idemq; sacerdos, Romam dissimilium hominum plerunq; beatricem, peruenisset, diu illic tenuiterq; uersatus, à nemineq; susceptus, & demum ægestate coactus, in Apuliam commigrarit, ubi post duriter actam uitam, sapienter tamen, diem suum obiens, inter alia ingenij monumenta hoc etiam de mensibus reliquit. Quod tibi tam assidue, & quasi tuo iure postulanti, nec potui tandem, nec debui negare. Anni enim uniuersaq; solis & lunæ ratio, nedum mensium, iam olim uel ex ritu Fastorum uestra est, id est, Pontificum. Audi igitur bone Præsul Theodorũ hunc, ut minorem Pontificem tibi tanquam Regi sacrorum, & certe Galliarum, uel Christianiss. Principis suffragio facile primati, nouam lunam priscè, & priscam nouè renunciantem: ut tute has nonas & nundinas, quidue rei his totis mensib. agendũ sit, plebi calatæ indicas. Quòd sit forte uerna hic tuus latinus, tuis conuitijs demum è tenebris prodire coactus, explicatas suas nugas in promiscuo Græcorum & Latinorum conuentu bene nundinatus fuerit, hoc tibi acceptum referet: sin

male, hoc ipsum: quem infelicem & inuenustum prodideris isto indicio. Qualiscumq; uero alijs futurus sit, non puto fore ingratum Clarissimo D. Claudio Roberto auunculi tui filio, homini utroq; eloquio, quàm pro illo uitæ instituto peritiori, alijsq; compluribus: si qui sunt (ut certe sunt) qui tractent, & iam feliciter transferant in linguã nostram uernaculã Græcorum historias. Nostro enim munere hoc certe se arbitrabuntur adeptos, ut & tempora recte supputent, & in conferendis Latinorum traductionibus, interpretum mendas (si quæ sint) emaculent. Nam interdum inuenire est, qui de Thargelione mense nescio quem Thargalionem ducem fecerit, cuius ductu & auspicijs Ilium captum sit, ut in Latino Camillo Plutarchi. Non tamen id uitio dandum reor interpreti: cum ne multi quidem scriptores Græci hanc mensium rationem percalluerint. quibus fortasse minus ignoscendum, quod in propria palæstra labi turpissimum sit: ignoscendum tamen, cum nulla ferè Græciæ pars suis sibi priuatisq; mensibus non usa sit, multa immutarit usus, tempus obliterarit. Quo magis gratia ijs habenda est, quicunq; prisca illa, & propè obsoleta, multisq; seculis nõ intellecta recentiore ratiocinio, nostraq; ætate cognito subduxerunt,

runt: qua peritia hic autor imprimis censendus, & rari aliquot illustresq; nostra memori uiri. qui nullo alio nomine magis, quàm isto olim (puto) celebrabuntur. Cæterum hortatu doctissimi uiri Domini Tussani, tui meiq;, huic nostræ interpretationi nonnihil de ratione lunæ, tabulamq; anni intercalaris Attici, uelut pro appendice adiecimus: quæ omnia pro rudibus, ad faciliorem libelli cognitionem, rudius & planius explicauimus. Quòd si quid inter legendum notaueris, aut notatum audieris, non recusabo illud emendare, memor illius Menandri: Peccare in eodem bis, sapientis nõ esse: at nihil eum peccare, qui nihil quicquam uiderit, addo etiam fecerit, aut dixerit. Vale, & nostro semper (ut soles) faue labori. Lutecia, è tua domo, apud Palatium, pridie nonas Iunij.

M. D. XXXV.

INDEX RERVM IN HOC OPEPE MEMORABILIVM.

A

Abies quoties germinet. 14
abietis feminis maturitas 20
Acarnanum annus. 30
ætopum 41
acus piscis pariendi tempus 8
Aegidius Bourdinus. 90
Aegyptij cur tam multos annos uixisse credi 31
Aegyptij omnium primi annum ad solem deduxerunt 34
Aegyptij sacerdotes. 34
Aegyptiorum annus. 30
Aegyptiorum intercalatio 32
æquinoctiales mēses. 37
æquinoctium uernum esse Munychione 12
æquinoctium autumni quando 20
æquinoctia & solstitia XXIIII. die mensium Romanorum, tempore Galeni 41
Aeschinis locus 11. 14
Alcæus Atheniesium præfectus 10
alcyonis partus. 8.
Alcyonij dies eodem animalib. diuersitatem inesse ex locorū & regionū diuersitate 42
annus Atticus ad lunā, Romanus ad solem directus 27
annus CCCLXV. diebus & particula diei quadrāte minore. 49
annus Romanorū olim quot mensium 31
anni à Cæsar. ordinatio 33
anni apud diuersos uarietas 30
anni Attici principium æstiuū solstitiū 16
anni confusio apud antiquissimos 30

anni

anni correctio per Numam Pompilium 31
anni duplex consideratio 33
anni lunaris, itemq́ solaris, dies 76
anni principiũ Romanis maxime omnium secundum naturam 51. ab hyberno solstitio 16
anni quatuor tempestates ternis cõstare mẽsibus 11
anni Romani dies quot 29. itẽ quot Attici. 29
anni uaria apud uarios initia 17
annum ad solem agere cõmodius uideri prudentibus uiris 47
anno quomodo utendum 49
anni naturales qui, uulgo communes 71
annorũ intercalarium circuitus tabula 86
annos pro ratione epactarum à Martio incipere 80.81
ante nonas, idus, calendas 58
anthesteriõ. 37. ultimus Attici anni mensis. 23
anthesteriõis etymõ. 24
Antigenides tibicen. 14
aprilis 28
Arabum anni principium 17
arbutus quando floret 22
Arcadum annus 30
arcturi ortus 19.20
Aristophanis locus. 54
Aristoteles. 5 (67
Aristotelis locus. 6. 7. 10. 11. 13. 15. 19. 20. 29. 37
Asia 17
astrologiæ commentationes quotidie meliores 46
astrologiæ difficultas. 35
Atheniẽses intercalario mense cur usi 33
Athon montẽ accolentes theolog g 72
Attici menses, &c. uide Menses 2

aureus numerus 82
αὐθέντης 56
authentica 57
autor. 56, authētes, eod.

B

BAcchi mystici tralatio 28
Basilius 57
bibliopolarum quæstus studium 39
βυβλία 55
bisextus dies 50
bliti satus quando 12
bobus quando initium coitus 13.21
boëdromion 18.19.40
boëdromion simpliciter augustus 40
boëdromione mysteriorum tempus Athenis 28
bruma circa posideonem 23

C

CAesar anni ordinator apud Roman. 33
Cæsar Diuus cognomēto 46
calami tibialis cęsura. 14
calendæ. 32. unde dictæ 54.58 (16
capitões de genere mugilum 8
capitonum piscium partus 8
Cecus ridiculus Procli subsannator 18
ceronia siliqua quando floret 20
Cersobleptes dux 12
ceruroum coitus post arcturum 19
ceruis cornua quo tempore decidant 13
χαλκεύειν 55
Chares imperator 12
chartæ ex linteolis 56
χερνητεῖν 55
Christus qua parte noctis surrexerit 73.74
Christi natalis 52
Christo resurgenti festi dies 62
à Christo numerãda tēpora 75
clàm 58
coccymela quando floret

ret in Aegypto 23
cœlestium corporum in inferiora effectus. 43
comarus 22
Commodus Cæsar 3
contingentiũ nulla ratio ineunda 38
corpora inferiora à superioribus regi 43
coturnicũ discessus 20
crinita stella 37
cronicus mensis 18
cucumis satus quãdo. 12
cucurbitæ satus quando 12

D

Damascenorum anni principium 71
decaphthini menses 55
decembria auis, quæ & posideonis 9
Demosthẽis locus. 11. 16
Δημιτριῶν 55
dies bisextus 50
dies collectitius Aegyptiorum 34
dies dominicus 63.64
dies intercalaris, exemptilis 47.50.51
dies uetus & nouus. 54
diei apud Athenienses principium. 72. item apud Romanos eod.
dies inchoatiui solstitiales 69
dies pro annis à Gaza positi 79
dierum Atticorũ ad dies Romanos reductio 58
dierum septimanæ Romanæ nomina 63
digitorum aliquot nomina, ἀντίχειρ, λιχανός, μέσος 3
dionysia festa 13
Dionysij Halicarnassei locus 29.38
diuinæ res quàm possunt minimo contrahendæ 62

E

Eἰκάς 53
elaphebolion 37
elaphebolion Gamelionis comes, & hybernorũ mensiũ nouissimus. 9. & tertius. 10

elaphebolion munychi one prior 12.13
elaphebolionis præcipi tis quot dies 55
elapheboliοni quot di- es 50
enaphthini menſes. 55
epacta quid, & omnis eius ratio 77
epactæ.59.unde orian- tur 76
epactæ anni 1536. & alio rum ſequentium an- norum 81
epactæ quot eſſent Ga- za hæc ſcribente 60
epactarum figura. 82. in uentio 60.78
epactarū numerus quo uſq; procedat 77
epactis numerus men- ſium à martio, & nu- merus dierum men- ſis addendus ad lunæ inuentionem 83
ἐπάγειν 77
Ephori error 38.39
Ephori de Ilio capto ſen tentia 86
ἐπὶ δίκα 53.58
Eudoxi in Aegyptum peregrinatio 34
exemptilis dies 47.51

F

FEſti dies plethonis. 61. feſtorum multitudi- nem ignauiæ eſſe. 61. & ciuitati pernicioſā. 62

G

GAleni & æqualium ſententia, de qua drante diei à poſteris re cognita 46
Galeni locus 20.28.41
gallinæ partus 37
gamelion 6.7
gamelion & poſideon continui 5.7
gamelion qui Ianuari- us, anni principiū. 52
gamelionis elapheboli on comes 9
Gaza quo tempore hæc ſcripſerit 49
Aul. Gellius 72
Græci ab Aegyptijs res cœleſtes mutuati 34
Græci cur ſermonis pu- ritatem

ritatem in mensibus amiserint 25
gruum discessus 20

H

HAecatōbæō.8.40.18
hæcatombæon anni Attici principiū. 16. 51
hæcatombæon, cur Iunius interpretandus 26. 87.
hęcatombæō scyrophorioni proximus.14.18
hæcatombæon æstiuus solstitialis.15.16.20.37 38.41
Hellenes. 26 (55
hendecaphthini menses
ἔνη καὶ νέα 32
Herodotus 47
Herodoti locus 29.67
Hesiodi dies 18
ἱσάμενος μηνὸς 53.58
ἱσταμένου 55
hosanna 64
hyperboræus mensis apud Pergamenos. 28

I

IAcobus Tussanus 90
ianuarius anni principium Ronanis 51
ianuarius, qui et lēæçon 18
Iberia regio, non ciuitas 38
idus 58
Ilij expugnationis tempus 29.38
inchoatiui dies solstitiales 68.69
indictio 52
instans mensis 58
intercalandi quotocunque anno usus secundum Atticos 68
intercalādi uarietas. 48
intercalaris dies 47.50
intercalaris mēsis Græcorum 32.67
intercalaris tropicus. 36
intercalariū annorū circuitus, secundum Athenienses tabula 86
intercalatio Aegyptiorum 32
intercalatio antiquorū uaria 35
intercalatio cur inuenta 36

intercalatio Numæ Põpilij 31
interlunium. 32.58
interlunij nullus usus Romanis 58
intermenstruum 54
intermissionis iucunditas 62
Ioan.Chrysostomus.57
Iudæorum obseruandi sabbati superstitio.64
Iulianus imperator. 57
iulius Græcis metagitnion 28
iunius.29. qui Græcis hecatombæon 26.87
iunius mensis solstitialis 27

L

LAbeonum pisciũ partus 8
lenæon mensis, idẽ qui ianuarius 18
à locorũ & regionum diuersitate in animalibus etiam & plantis differentiæ 42
locustarum piscium coitus, et grauiditas. 15.19
partus eod.
Lucæ euangelistæ locus 73
lunæ ætas quomodo inuenienda 83
lunæ annus inordinatus & præter naturam 44
lunæ celeritas 28
lunæ cursus primo anno nullam esse epactam 81
lunæ dierum cognitionis ratio 59
lunæ effectus à sole 45
lunæ figuræ uariæ 43
lunæ magni effectus.43
lunæ primus dies quomodo intelligendus 86
lunæ species à solis distãtia 45
lunæ tempus quot dierum 65
lunam anno 1535 festo paschæ 25 dies habuisse 85.&c.
lunaris anni dies 76
lupi piscis pariendi tempus

pus 8.15

M

MAcrobius 67
Mæmacterion. 20. æquinoctialis. 22. proximus boëdromioni. 19
mæmacterioni pyanepsion contiguus 23
maius 28
martius anni Romuli initium 52
μιμαίκυλορ 23
mensis intercalarius 67
mensis intercalaris Græcorum 32
mensis dies quomodo numerandi 52
mensis iuxta Athenienses diuisio 53
mensis plenus. 65 cauus 66
mensis plethonis diuisio 52
mensis præcipitis dies nunc plures, nūc pauciores 54
mensis Romani distributio 53
mēses æquinoctiales & solstitiales 37
menses Attici ambigentes 40
menses Attici quot diebus constarent 65
menses Atticos Romanis nominibus reddere difficile 35
menses duplices, solis & lunæ 33
menses & digiti non ab ordine nominādi 2
menses hendecaphthini, decaphthini, octaphthini, enaphthini 55
menses lunæ & solis interdum simul incipere 40
menses olim quot dierum Romanis 31
menses quot dierū singuli 50
menses singuli quot septimanis constent. 61
menses pleni, &c. 29
mensium apud Romanos & Athenienses correctio 31. 32

mensium

mensium Atticorum cognitio necessaria, sed difficilis 1
mensium Atticorum nomina. 4. ordo. 5. series 25
mensium ignorationis causa 25
mensiũ interpretatio 26
mensiũ principia diuersa 17
mensium ratio apud autores quomodo interpretanda 36
mẽsium Romanorum certus ordo 26
mensium usus 42
metagitnion. 7. 18. 19. 40
metagitnion proximus post hecatõbæonẽ. 16 qui iulius latinis 28
muconum piscium partus 8
mugilis partus 7. 8. 15
musicæ ueteris simplicitas 14
mustellorum genus 21
munichion. 37. elaphebolioni continens. 11
munichion uernorum mensium primus. 15
munichione esse uernũ æquinoctium 12. 13
mysteria. 17. uel mysteriorum tempus Athenis 28
mysteriorũ mensis 41
mystici Bacchi tralatio 28

N

NEomenia 53. 58
νεομηνία 32
nonæ 58
nouilunium 32. 53
nouiluniũ, calendæ 57
Numa Pompilius ueteris anni corrector. 31
numerus aureus 82

O

Octaphthini mẽses. 59
olympiadũ numeratio 79
ordo interpretatiõis elementum 5
ordo maxime naturalis. 44

P

PApyrus iuncus 56
parasceue 64
partes toto genere priores

res esse 44
peregrina proprijs non admiscenda 4
philosophi de recti sermonis ratione officiũ
Philostrati locus 23 (4
Phocenses 11
φθίνειν 55
φθῖνον 53.58 (14
pinus quoties germinet
pisces quibus mensibus plurimi pariant 8. 11. 12. 21
plantarum differentiæ pro locorum diuersitate 42
Platonis in Aegyptum peregrinatio 34
plebiscitũ aduersus Ctesiphõtem productũ ab Aeschine 14
Plethõ, & eius de legũ institut. Commentarij 2 (53.71
Plethon notatur. 42.48
Plethonis festi dies. 61
Plinij locus 28.41
Plutarchus. 30.47 (38.57
Plutarchi locus. 22. 30.
Plutoni socer dies 66
Pollux 66
Pollucis dictionariũ notatum 3
Possideon hybernus & solstitialis. 8. 9. hybernorũ mensiũ primus 9. (mam. 23
posideonem esse bru-
posideon & gamelion continui 5
posideonis auis. 9. quæ & decembria eod.
præceps mensis 54.58
præcipitis mensis nunc plures dies, nũc pauciores 54
prunus quando floreat in Aegypto 23
puerorũ de floribus coronatio Athenis 24
pyanepsion. 22. mæmacterioni cõtiguus. 23

R

Ramorum dies festus Athenis 22
resurrectiõis dominicæ tempus 73 (14
robur quoties germinet

Roma

Romanorum coloniæ
Romanorum (26
in Græcos imperium
s (25
SAbbatum. 64. unde uocatum eod.
sabaoth 64
salpæ partus 22
sargi partus 22
χοινίον 56
schœnus iuncus 56
scirophorion 11,13.67
scombrorum partus. 15
sementis prima & secunda: hoc est, æstiua & hyberna 7
sementes diuersis temporibus fieri 6
sementes tres. 12. & cuiusque harum principium quando eod.
sepium 27
september 20,28
septimanæ anni quinquaginta duæ 61
septimanæ dies quomodo numerandi 63
de sermonis recta ratione tractare, philosophi etiam officiũ 4
signiferi gradus 33
siliqua ceronia 20
Simplicij locus in quintum physicorum 17
sol cœlestium & mundanorũ moderator. 45
sol naturalis dominus anni, atque etiam eius partium 44
solis feriæ apud Athenienses 18
solaris anni dies 76
Solon apud Athenienses primus anni concinnator 3
solstitialis æstiuus hecatombæon 15
solstitiales menses 37
solstitium æstiuum principium anni Attici. 16
solstitium hybernum. 8
solstitia & æquinoctia XXIIII. die mensium Romanorũ, tempore Galeni 41
solstitiorũ hac ætate properatio unde facta. 51
sophistæ 24

spiritus

spiritus sancti dona fieri authenticè 57
squatina cartilaginei generis 22
squatinæ partus 22
stellaris cartilaginei generis 22
stellaris partus 21.22
Strabo 45
Strabonis locus 48
Suidas 61 (57
Synesius philosophus. (21
T
TAretini piscatores.
temporum supputatio priscorum Romanorum & Atheniensium, unde nobis annumeranda 75
terrestria cũcta lunæ motui obnoxia 34
terrestria omnia latent hyeme 10
terrestriũ mutatio à stationibus lunæ 43
testudo cartilaginei generis 22
thargelia festa 13
thargelion 11.13.36
thargelion uer summũ quando 30 (57
Theodosius imperator.
theologi Athon accolẽtes 73
Theophilus patriarcha
Theophrastus.5.6 (57
Theophrasti locus. 6.12 14.16.22.30.36.
θίσει 17
Thesei è Creta reditus 22.41 (37
Thucydidis locus.9.10.
thunnæ, thunni, earũq; & coitus & partus.6 8.15 (14.16
tibialis calami cæsura.
torpedinis partus 22
V
VEr summum Theophrasto 30
uicenio 53
uindemiæ tempus quando Græcis 22
uindemiæ tempus Plutarcho in Theseo. 30
ursæ coitus & partus.10
ursæ tẽpus latendi, & catulos suos educẽdi.10

FINIS.

CLAVDII À RVPEFORTI EQVITIS LVGDVNENSIS & Arbisſij Domini, in libri interpretisq́ commendationem.

RES eſt bellula, bellulisq; diuis,
Ipſisq; illepida haud quidem deabus,
Gazas colligere, atq; habere promptas:
Ob quas ſuauiculi uolant amores:
Quas ardent Veneres, Cupidinesq;:
Et ſpreto Ioue ditibus miniſtrant.
Adeſte ò Veneres, Cupidinesq;:
Feſtinate uolatiles amores:
Et quidcunq; polo eſt deûm ac dearum:
Nam Gaza haud opulentiore quiſquam
Vos certe cumulet meo ſodali.

AVTORVM HOC LIBRO CITATORVM CATALOGVS.

Aristoteles	Plutarchus
Aeschines	Plinius
Aristophanes	Pollux
Aulus Gellius	Plethon
Basilius .	Suidas
Cæsar Diuus	Synesius
Demosthenes	Simplicius
Galenus	Strabo
Herodotus	Thucydides
Macrobius .	Theophrastus.

ERRATA.

Pagina 2. uersu 1. aberrare uia. 4. 20. omnibus in confesso est. Sunt autem: 5.17. amplexantibus. 8.22. dies alcyonij. 9. in margine, Posideon hyemalis, & mensium hybernorum primus. 43.16. cum plenam, cum. &c. 46.18. anno supra &c. 61.15. constituentur. 70.14. intercalari. 85.18. præcise.

THEODORI LIBER DE MENSIBVS, IOANNE PERRELLO *interprete.*

OPERAE quidem precium est, & mēsium appellationes pernosse, & in iJs utēdis Atticū ordinē sequi, quanquā id assequi nō est facile. Siquidem uirorum prisca nostráque ætate literarum doctrina insignium, partim de ordine eorum & usu nullam mentionem fecerunt, partim nescio quid ordinis tradiderunt. Verùm dum se putant perpetuam seriē colligere, procul à recta aber-

Cognitio Atticorū mensium necessaria, sed difficilis.

In imperitos de mensibus scriptores.

rare palã arguũtur. Nõnulli uero interpretantes quis'nã sit mensis Hecatombæon, quis'ue Posideon, & quo pacto reliquorũ cuiq; cum mensium nominibus conueniat, ut à Romanis tẽpora numerant, nihil enarrant sani, neq; certe consona inter se cõmemorãt: sed hic Martiũ Hecatombæonem uocat, ille Iulium, itidemq; in alijs inter se discordãt, omnes'que simul à ueritate ipsa discedunt. Et uero Plethon hoc seculo uir clarus, operosum reputãs inuenire, qua ratione hi mutuo respondeant, inquirere destitit: in cõmentarijsq; de legum institutiõe, quũ de diebus, mensib. & anno præcipiat, qua tamen ratione Athenienses menses suos agerent, ne uerbum quidẽ facit. Tametsi in cæteris rebus, quæ ad uocem spectãt, eos ęmulari magnis uotis expetit, ĩ eoq; sedulo & quasi affectate operam nauat: sed quod faciat quiuis è uulgo, simpliciter hic ex accidente nominat primum hũc, illum secundũ, pariterq; alios, ut cuusq; ad primũ ordo sese habet; nõ secus

Plethon.

Plethonis liber.

Mẽses & digiti nõ ab ordine nominandi.

ac si qs manus digitos nominaturus, hũc pollicem non uocet, illum indicem, aliũ medium, & reliquos similiter: at præ cõstitutorum singulis nominũ penuria, primũ, secundũ, & tertiũ dicat. Nequeuero ijs, qui multo antè floruerũt, minus difficile fuisse uidet. Quãdoqdẽ Pollux scripto de rerũ uocabulis libro ad Cõmodũ Cæsarẽ, mẽsis qdẽ dies ut nũerandi sunt noiandiq̃ dicit: et si id nõ satis recte: ipsos uero mẽses tacitus prætermittit. Atq par erat eũ præsertim, qui Cõmodum alienæ linguę uirũ Atticè loqui doceret, enumeratos nũcupare, & (si modo sciret) ad plenum explicare. Non facile igitur atticos mẽses Romanis reddere nominibus, cõuenientemq̃ ordinem his accommodare. Huic nihilominus inquisitioni opera danda est, & eorum, qui diuersis in rebus mensis cuiuspiam meminerũt, dicta inspectanda, tum ex pluribus distincta explicatione ratiocinandum, quatenus fieri poterit de talibus exacta inuestigatio: ut græcè dicentes græcis mensiũ no-

Digitorum aliquot nomina.

ἀντίχειρ, λιχανός, μέσος.

Pollucis dictionariũ notatum.

Commodus Cæsar.

minibus utamur, & ne externa permiscẽtes, atque inculcantes in nostrate lingua quasi hospites peregrinum quiddam sonemus, & ineptum inconcinnúmq; sermonem faciamus. Porro philosophi est etiam huiusmodi commentatio: quum eiusdem peritiæ sit rite impositis nominibus uti, & nihil peregrinum pati in proprijs uernaculisq; superfluere: quemadmodum certe, nomina si desunt, & noua formare, & perperã à rudibus indita corrigere. Sic enim unaquæq; disciplina melius magisq; suo munere fungens uniuersæ reipublicæ conducat, imprimis autem eæ artes quæ consistunt in recti sermonis ratione.

Peregrina proprijs nõ admiscenda.

Philosophi de ratiõe recti sermonis officium.

MENSES ATHENIENSIVM.

Esse igitur hæc Atticorum mensium nomina, duodecim numero, omnibus in confesso est. Sunt autem hæc:

Nomina Atticorũ mensium.

Munychion	Thargelion
Scirophorion	Hecatombæon
Metagitnion	Boedromion
Mæmacterion	Pyanepsion

Antheste-

Anthesterion Posideon
Gamelion Elapheboliôn.

Cæterũ quis ordo, & quæ series, atque etiam quomodo, & quibus uerbis in latinam linguam trãsferẽtes appellare oporteat, hic discrimen & controuersia. Primum igitur de ordine & serie, pòst de interpretatione cõsiderandum. Nimirum ordo ipse uelut interpretationis elementum est: quum & multa forte eorũ, quæ ad interpretationem tendũt, ex constructionis ordinis'que proprietate elicientẽ oporteat ostendere. Mox de usu dicendũ: cuius gratia ordinẽ scire imprimis statuimus. Adhæc, siquid aliud huic cõmẽtationi proprium, nobis assumendũ est, cõpendiariã uiã amplexàtibus, ut ne operis diuerticulũ fiat opere instituto maius.

Operis diuisio.

πάρεργον.

DE ORDINE MENSIVM.

SVmatur itaque primus quisq; mẽsis, sese ut dicendo obtulerit. Sitq;, si placet, Posideon: post hunc cõtinuo Gamelion: cuius rei testes Aristoteles & Theophrastus, priscæ memoriæ uiri, atq; atticæ

Posideon & Gameliõ continui.

linguæ periti. Neque enim hic non productis testimonijs agere licet, ut qui antehac falsas testibusq; egentes positiones tradiderunt, hanc de mensibus quæstionem tractantes: uerum in singulis testes excitare, uiros locupletes & fide dignos opus est, nō secus atque in iudicio. Quicquid enim in his probabile, nō ex signis necessarijs huiusmodique rationibus sequi oportet: sed ex ijs sumere, quæ dixere clari celebresq; uiri. Horum igitur alter in historia animaliū sic ait: Thunna etiam semel parit: sed quum alios fœtus præmaturos, alios serotinos producat, bis uidetur parere: editq; priorē partum circiter Posideonem ante brumam, posteriorem uere. Porro Theophrastus in historia de plantis, principium sementis secundæ post brumale solstitium esse dicit, mense Gamelione: cuius quidem autoris hæc sunt uerba. Ita appellant, inquit, non satus quidem rationē habentes, sed ortus & usus cuiusq;. Quandoquidē satus fit contrarijs ferè tēporibus.

Hic Aristotelis locus parum conuenit cū sequētibus de eiusdē Thunnæ partu.

Theophrastus.

Sementes diuersis tēporibus fieri.

Prin-

Principium enim hyberni (quem primã ſementem appellant) poſt æſtiuum ſolſtitium eſt, menſe Metagitnione: at rurſum ſecundi, menſe Gamelione, poſt ſolſtitium hybernum. Si ergo dictum eſt à claris illis uiris, circiter Poſideonem ante brumam, & menſe Gamelione poſt brumam: Gamelionem poſt Poſideonẽ inde eſſe neceſſe eſt. Quòd autẽ mox etiã ſequatur, euidens eſt ex præcedentibus, & ex elocutione id intelligere conuenit. Qui namqꝫ dicit circiter Poſideonem ante brumam, & Gamelione poſt brumã, uel circa eum menſem (quem nominat) id ſolſtitium eſſe uult, uel certe circa proximum oſtendere. Nam quòd hybernus ſit Poſideon, ex iis in promptu eſt, quæ Ariſtoteles in eadẽ hiſtoria de mugilibus piſcibus commodiſſime diſcernit. Quum enim prius dixiſſet, hyeme mugilem parere, poſtea ſubdit mẽſem, circa quem parit, puta Poſideonẽ. Hæc uero utraqꝫ in quinto hiſtoriæ his uerbis ſcribit: Sunt autem quæ uel per hyemẽ,

Poſideõ menſis hybernus.

Mugilis partus.

Piscium multorum tēpus pariendi. æstatem ue suos partus edant, per hyemem, lupus, mugilis, acus: per æstatem circa Hecatōbæonem, thunnæ. Et paulo pōst: Parere uero incipiunt ex mugilibus, labeones quidem mense Posideone, & mucones, & capitones, geruntq; diebus tricenis. Hoc idem rursum libro septimo dicit. Simul uero constat solstitialem esse Posideonem. Nam si ante solstitium circa Posideonem, hybernúsq; Posideon: manifestum est circiter Posideonem solstitium esse. Circa enim primum hybernum mensem solstitium peragitur. Et illa quidem locutio circa Posideonem ante brumam, quo mense fiat circumscribit, ut dicendi quoque formula, qua quid post brumam fieri perhibetur, id esse designat circiter eundem mēsem, quo solstitium confectum sit. Quin etiam Alcyon auis circa brumam parit. Quãobrem quoties bruma serena est, dias alcyonij appellantur, septem ante brumam, & septem à bruma, ut etiã Aristoteles ait: uocatúrq; à multis ipsa auis Posi-

Lupus
Mugilis
Acus
Thunnæ
Labeones
Mucones
Capitones de genere mugilum.
Posideon solstitialis.
Solstitiũ hybernum.
Alcyonis partus.
Alcyonij dies.

Posideonis, id est Decembria, ab lepido quopiam & urbano autore (ut uidetur) appellationem mutuatis, quod pariat mense Posideone: adeo ut illud abunde magnum argumentum sit, solstitialem esse Posideonem, & hyemalium mensium primum. Nunc igitur ex his sumptum sit, hybernum & solstitialem esse Posideonem: quanquam etiam diligentius posthac demõstrabitur. sed nec hãc pariter in omnibus diligentiam requirere oportet: uerum in singulis secundum subiectam materiam, atque hactenus quatenus peculiaris est docendi rationi. Gamelionem porrò statim sequitur Elaphebolion: nouissimo enim mense brumali opus est: atqui hic certe postremus. Cuius rei signum est, quòd Thucydides historiæ libro quarto inducias annuas inter Athenienses, Lacedæmoniósque factas, anno belli octauo excedente mensis Elaphebolionis quartodecimo die pactas esse dicit, & easdem exacta quidem hyeme, ineunte simul uere æstatis subsequentis

Auis posideonis & Decembria.

Posideon & hyemalis mẽsium hybernorũ primus.

Gamelionis Elaphebolion comes.

Elaphebolion hybernorũ nouissimus.

Thucydidis locus.

Atheniensiũ Lacedæmoniorumq; induciæ.

quentis cõfectas. Et etiã in quinto eiusdem historiæ, Præfectum gerente Athenis Alcæo fœdera percussa esse dicit, mẽsis Elapheboliónis sexto ante finem die, idq́ sub hyemis extremum & ueris initium. Præterea uero scribit Aristoteles, ursam coire mense Elaphebolione, ferreque uterum dies triginta, & parere eo tempore quo latet: cum uero prolẽ enutrierit, exire mense iã ueris tertio. hæcq́ habet in septimo. Rursum in octauo inquit, eo tempore ursam eniti, tamdiuq́ latere, quoad tempus sit, ut suos catulos in apertum producat: idq́ uerno tempore, mense à bruma tertio fieri. Quocirca siue audiendus cum dicit, parere tertio à bruma mense: siue, cum producere suos fœtus ab æquinoctio uerno tertio mẽse. utroque sane modo Elaphebolionẽ hybernorum mensium ultimum & tertiũ esse cõtingit. Parere enim ait per id tempus quo latet: latent uero terrestria cuncta hyeme, ut ab eo dictũ est in octauo. hybernus est igitur Elaphebolion, quo mense

Alcæus præfectus.

Vrsæ coitus & partus.

Vrsæ tẽpus latendi, & catulos suos educendi.

Terrestria omnia hyeme latent.

menſe urſa uentrem geſtat.A[illegible]ui nō primus, nō ſecūdus, ergo tertius[illegible]. Siquidē anni tempeſtatib. terni menſes adſcribū tur. Continens eſt uero Elaphebolioni Munychion: quartus enim ab Elaphebolione Scirophorion, tertius autem à Munychione. Ariſtoteles in eadem hiſtoria de animalibus hos ſic ordine enumerat: Pariūt certe piſces plurimi tribus his mēſibus: Munychiōe, Thargelione, Scirophoriōe. Demoſthenes uero in oratione de ementita legatione: Pax (inquit) Elaphebolionis decimoſexto die facta eſt. porrò treis integros menſes ad iuſiurandum recipiendū peregre abſuimus, id'que totū tempus ſalui fuere Phocenſes; rediímusq́ ab ea legatione de iureiurando, decimo tertio die Scirophorionis. Et Aeſchines uerò in defenſione falſæ legationis, cum antè dixiſſet epiſtolam per Charetem ſcriptā eſſe ſexto ſub finem Elaphebolionis die, hæc ſubinde intulit: Auditis (inquit) rogationem in populo ſcitam fuiſſe tertio Munychionis

Terni menſibus, anni quatuor tēpeſtates cōſtant.

Munychion.

Quibus mē ſibus piſces plurimi pariant.

Thargelion Scirophorion.

Demoſthenis locus.

Phocenſes.

Aeſchines.

t, ut circa Munychionem sit uernum æquinoctium, & Elapheboliοnem statim Munychion cõsequatur. Cæterum post Munychionem continuo Thargelionem esse, deinde Scirophorionem, non modo ex ijs manifestum, quæ nũc ex Aristotele retulimus: sed ex ijs etiam, quæ ab ipso dicta sunt de bobus & ceruis, in ijsdẽ libris de animalibus. Bobus (inquit) initium coitus est mense Thargelione, & Scirophorione plurimis. Sed nõnullæ etiam usque ad autumnum coeundi tempus deducunt. Et ceruos præterea cornua amittere dicit mense Thargelione: id uero mense ueris secũdo accidere cõspicimus. Eodem porro pertinet etiam illud, quod in eo opere, quod μετὰ τὰ φυσικὰ inscripsit, nauigationem scilicet fieri ab æquinoctio, & ex Dionysijs Thargelia festa: quòd hæc certe postdionysia. Cõstat enim solitum celebrari Libero patri festum mense Munychione circiter æquinoctium uernũ. Scirophorionem uero mox esse post Thargelionẽ testa

Thargelion *Scirophoriõ*

Ceruis cornua quo tempore decidunt.

Dionysia & Thargelia festa.

testatur Theophrastus in ijsdem libris de plantis dicens: Pinũ, abietem, robur, intermittere incrementum, ternáq; ædere germina: primum, summo uere statim Thargelionis initio: secundum, intermissis diebus circiter triginta, uel pauxillo plurib. circa Scirophorionem desinentẽ: tertiũ deniq;, interiecto ferè quindecim dierum spacio emittere, nec diutius senis aut septenis diebus Hecatombæonis. Testimonij autem loco est illud quoq; plebiscitum, quod producit Aechines in oratione aduersus Ctesiphontem. Dicit enim decretum esse die Thargelionis penultimo, ut comitia haberentur ineuntis Scirophorionis secũdo die uel tertio. Post Scirophorionẽ uero Hecatombæonem esse, cum ex supradictis declarat Theophrastus, tum ex ijs quæ de amputatione tibialis calami memoriæ prodit. Ait enim, cædi solitum tempestiue usque ad Antigenidem, cum adhuc simplici musica uterẽtur, sub arcturo mẽse Boedromione, Postquàm uero acces-

Pinus, abies, robur quoties germina emittant.

Plebiscitum productum aduersus Ctesiphõtẽ.

Theophrasti locus.

Cæsura tibialis calami.

Antigenides tibicen.

sit

t fictio & cantus luxuries, mutatã cæ-
ıram, cædicꝙ cæptum Scirophorione
(Hecatombæone,uelut paulo ante sol
:itium,uel sub ipso solstitio. Et Aristote-
:s etiam hos tres menses continenter at
ue ordine constituit,cum dixit: Locu-
æ,inter ea quæ tenui crusta integũtur,
ua, quæ post coitum conceperunt, tri-
us utero gerunt mensibus, Scirropho-
o:e,Hecatombæone, Metagitnione.
ısuper autem id ex alijs quoque multis
ertum est & exploratum. Mensem eñ
ontinuum ordinare necesse est,in quo
t solstitium æstiuum,quartum quidem
Munychione,ut à uernorũ mensiũ pri
10, At circa Hecatombæonẽ solstitium
t,ut etiã Aristoteles in eadẽ manifestat
istoria: Quædã (inquit) pariũt hyeme,
ía æstate:hyeme,lupus,mugilis:æstate
ꝙ adeo Hecatombęone mẽse, circiter
lstitiũ,thunnæ. Itẽ: Coẽunt thunni &
ombri(inquit)sub finem Elaphebolio
s, pariuntꝙ Hecatombæonis princi-
o. Quod nanꝙ circiter æstiuũ solstitiũ
prius

Locustarum pisciũ coitus & grauiditas.

Hecatombæon æstiuus solstitialis.

Thunnæ.

Thunni.

Scombri.

prius dixit, id postea dicit initio Hecatõbæonis, tanquam scilicet æstiuo solstitio existente circa ineuntem Hecatombæonem. Iam ab ijs nõ alienũ, quod de amputatione tibialis calami Theophrastus retulit: Cædunt (inquit) hac tempestate mensibus his Scirophorione & Hecatõbæone, paulo uidelicet ante solstitium, uel sub ipso. nec id quoque, quod ante ex eodem autore de semẽte citauimus, puta mense Metagitnione post æstiuum solstitium, primã sementem fieri. Siquidem post Hecatombæonẽ proxime est Metagitnion.

Aestiuũ solstitiũ principiũ anni Attici.

QVOD PRINCIPIVM ANNI Attici sit Hecatombæon.

Hecatõbæõ primus mẽsis anni attici.

Demosthenes.

ET annum quidem Atheniẽses ab Hecatombæone incipiebãt, quòd eo mense perageretur solstitiũ. Ab æstiuo ẽm solstitio ijs erat ãni principiũ, quẽadmodũ Romanis posterius ab hyberno. Prĩcipiũ itaq; ãni eẽ Hecatõbæonẽ, ex Demosthene in tertia Olynthiacarũ cõpertũ habemus; Deinde uero (inquit) hoc

hoc anno exacto labitur Hecatombæō, Metagitnion, Boedromion, hoc menſe uix tandem poſt myſteria decem naues miſiſtis. Demonſtrat enim Athenienſiū ſocordiā in tertium uſq; menſem ineuntis anni protractā fuiſſe. Nā quòd ab æſtiuo ſolſtitio ſit anni principiū, Simplicius exponens quintū Phyſicæ auſcultatiōis Ariſtotelis, ita de eo quod eſt natura prius & poſterius ediſſerens, his uerbis fidē facit: Quæ (inqt) facimus initia, anni quidem, uel ad æſtiuū ſolſtitium ut Attici, uel ad autumnale æquinoctiū, ut terræ (quæ nūc Aſia dicitur) incolæ, uel circa brumam ut Romani, uel circa æquinoctiū uernū, ut Arabes & Damaſceni: mēſis uerò, ut quidam uolunt, plenilunium aut nouiluniū: hæc erūt † poſitione. Rurſum ſi Atheniēſibus anni principiū eſt, ut refert Simplicius, ab æſtiua ſolis reciprocatione, & æſtate circa eandē thūnæ pariūt menſe Hecatōbæone, ut uult Ariſtoteles: inde fit ut Hecatōbæon ſit anni initium, æſtiuus cum ſit & ſolſtitialis. At

Myſteria.

Simplicij locus in quintum Phyſicorum.

Varia anni principia apud uarios.

Aſia.

Arabes.

Damaſceni.

θέσει. idem νόμῳ infra dicere uidetur.

Menſiū principia diuerſa.

uerò ferias etiã tũ agebãt publicas Athenienses, & splendide sacrificabãt Soli, ut qui in solstitio esset: unde & mensi Hecatõbæoni nomẽ, Cronio prius, ut Plutarchus inquit, nũcupato. Porrò Cecus Proclũ irridens, dies Hesiodi ridicule interpretat̃, aliũ mẽsem ab Hecatõbæõe Cronion esse existimans, & tertiũ ab illo constituens: & Thargelionẽ quidẽ ac Metagitnionẽ præ imperitia nullo modo nominãs: Lenæonem uero (quẽ idẽ Ianuariũ esse sciebat) inter atticos menses recẽsens, & ꝓpinqua sede Hecatombæoni collocans. Hecatombæonẽ igit̃ esse statim à Scirophorione, & circa Hecatombæonẽ æstiuũ solstitiũ confici, hinc constat dilucide. Cæterum Metagitnionem esse deinceps, postea Boedromionẽ, declarant quidem ea, quæ nuper ex Demosthene protulimus. Metagitnionẽ autẽ esse proximũ Hecatombæoni, etiã illud Theophrasti de satu antedictũ suffragatur. Hyberni enim satus initiũ esse dicit, post ęstiuũ solstitiũ, mẽse Metagitnione:

Solis feriæ apud Athenienses.
Vnde Hecatombæon dictus.
Cronius mẽsis.
Cecus ridiculus Procli subsãnator.
Hesiodi dies.
Lenæon mẽsis Ianuarius.
Hecatombæon Scirophorioni proximus.
Metagitniõ
Boedromiõ

solstitiũ

ſolſtitiũ uero æſtiuũ erat circa Hecatom bæonẽ. & illud quoq; Ariſtotelis de locuſtarũ grauiditate. Nã poſt Hecatombæonẽ ſtatim Metagitnionẽ enumerat. Boëdromionẽ autem eſſe poſt Metagitnionem, ex eo quod dixit Ariſtoteles de locuſtarum partu, colligere eſt. Sub arcturũ enim ait locuſtas excludere; tribus uero mẽſibus, quæ cõceperũt oua, in utero ferre, Scirophorione, Hecatõbæone, Metagitnione. Arcturusq; circa Boedromionem oritur. nã ceruas ſaliri ab arcturo, menſe Boedromione refert. Et Theophraſtus tempeſtiuã eſſe calami cæſurã ſub arcturo. Porrò Suidas ille dictionarij ſcriptor, recte hoc quidẽ dixit, Metagitnionẽ ſecundũ eſſe mẽſem Atheniẽſibus. At poſt Boedromionẽ deinceps eſt Mæmacteriõ: idq; in prõptu eſt. Nã Ariſtoteles eodẽ (quo de ceruis) loco, hũc proximũ illi ordine conſtituit, cũ dixit: Coitus uero fit poſt arcturũ, circa Boëdromionẽ & Mæmacterionẽ. Animalia quoq; imbecilliora prius migrare ad temporũ mutationes

Locuſtarũ grauiditas.

Locuſtarũ partus.

Arcturi ortus.

Suidas.

Metagitniõ ſecũdus mẽſis Athenienſium.

Poſt Boedromionẽ Mæmacteriõ.

Ceruorũ coitus poſt arcturum.

Cothurnicũ & gruũ discessus. tationes docet, cothurnices quidem Boedromione, grues autẽ Mæmacteriõe: ut scilicet uidemus grues sequente mense, post cothurnices ex frigidis locis ad apricos & tepidos discedere. Simul autem hinc quoq; cõpertũ est, quòd operæpreciũ sit statuere mensem, in quo sit autũni *Quo mense autũni æquinoctium.* æquinoctium, quartũ quidẽ ab Hecatõbæone, circa quẽ æstiuum solstitiũ agebatur. *Mæmacterion.* Mæmacterion uero est, in quo fit æquinoctiũ. Nã circa arcturũ æquinoctiũ est. porrò Mæmacterione est arcturi ortus. Harum autem positionũ partim autor Theophrastus, *Siliqua Ceronia quando floret.* florere siliquã Ceroniã circa arcturũ æqnoctiũq; memoriæ prodẽs, & præterea *Galenus.* Galenus medicus ita scribẽs in libris de salubribus: Est maturrimũ (inquit) tẽpestiuissimúmq; *Maturitas seminis abietis.* abietis semen circiter arcturi ortũ, quod tempus Romæ Septembrẽ uocant. partim etiã autor est Aristoteles: Post arcturũ, inquit, Beodromiõe, & Mæmacterione, ut antè explicatũ est. Alioquin mẽsiũ ꝓpinquitatẽ nequaq; significaret, qui hoc modo

modo scribit. Id uero absurdũ, quandoquidẽ certis anni tempestatib. ad coitus partusq; animantia natura incitat, & uel toto utitur tempore, uel maxime eiusdẽ medio, præsertim si iam principiũ occuparit. Argumentũ uero huius cohærentiæ non paruũ illud quoq;, q de bubus sic dictũ est; Incipiunt coire boues Thargelione & Scirophorione plurimæ. At uero etiam aliquæ tempus coëundi usq; ad autumnum deducũt. Tempus enim plurimarũ cõtrahens ad duos illos menses Thargelionem & Scirophorionẽ, à nõnullarũ tempore distinxit. In summa, ubi ubi eo ordine interpretat̃, nihil præcidẽs definiens'ue, tẽporis seriem intelligit: id quod singula persequẽti est perspicuũ. Verum enimuero è mustellorũ q̃q; genere Stellarem coitũ inire Mæmacterione, & bis mẽse partũ absoluere dicit. Id autẽ contingere ab autũnali æquinoctio, piscatores Tarẽtini asseuerãt. Quod & rationi cõsentaneum, cũ piscium pauci autumno pariãt, ut idẽ auctor est Aristoteles *Mustellorũ genus.* *Stellaris partus.* *Piscatores Tarentini.*

 stoteles

Salpa, Sargus, Torpedo, Squatina, quando pariunt.

stoteles: ut Salpa, Sargus, & id genus alia, & Torpedo & Squatina paulo ante autūnale æquinoctiū. Quòd si Stellaris Mæmacterione parit, consentaneum est hunc mensem nō esse alterū ab æquinoctio, sed certe primū: & Stellarē quoq; circa æquinoctiū parere, generis cum sit cartilaginei, & eiusdē cuius Testudo & Squatina. Ex his itaq; circa Mæmacterionē æquinoctiū est, & cōtinuus Boëdromioni Mæmacteriō. Pyanepsiō aūt protinus à Męmacterione est, fidemq; faciāt Plutarchi uerba, in Theseo dicētis: Athenięses Pyanepsione Ramorū diē festū agere in memoriā Thesei tū è Creta cū iuuenibus reducis facti, & ramos gestare, quòd tum redierit quū fructus legerētur die octauo Pyanepsiōis. Cōstat em fuisse uindemiæ tēpus: quæ in Attica nequaq; fiat serior ab arcturo, quàm tertio mense. Tertius uero nobis est à Boedromione & ab arcturo Pyanepsion. Atqui etiā Theophrastus in ijsdē libris de plantis, Pyanepsione arbutū florere scribit, ꝙ in

Testudo & Squatina generis cartilaginei.

Mæmacterion æquinoctialis.

Pyanepsiō.

Plutarchus.

Ramorum Athenis diēs festus.

Thesei è creta reditus.

Vindemiæ tenpus.

Comarus. i. arbutus quādo floret.

Attica

Attica conſpicitur, & ſimilis tẽperiei re- gionibus, menſe ab autumnali æquino- ctio ſecũdo, tertio uero deflorere, & iam creſentia arbuta habere. Pyanepſione quoque in Aegypto prunũ florere dicit: uerum id fieri ſecundo menſe ab æqui noctio Aegyptij aſſeuerãt. At cuiquã for taſſe de his ambigenti uideri poſſit Pya- nepſion Boedromioni omnium proxi- mus, ſi eo menſe fuerat autumni fructu- um comportatio, ut Plutarchus inquit: at nõ ita eſt, cum Mæmacterionem con tinuo eſſe demonſtratum ſit. Mæmacte rioni igitur Pyanepſion contiguus. Vlti mus nobis hac enumeratione eſt Anthe ſterion: reliquo enim ſedẽ eam, quæ ſu- pereſt adſcribi oportet. Et hæc quidem interim probatio ſufficiat. Simul uero conſtat, circa Poſideonem brumã eſſe: id'ꝗ ratione exactiore, quod à principio reięcimus ad poſteriora. ſeptimus nanꝗ eſt ab Hecatombęone ęſtiuoꝗ ſolſtitio. Sed Philoſtratus longe in alia ſtetit ſen- tentia, dicẽs Athenienſibus morẽ fuiſſe

Arbutũ, fructus arbuti, id eſt μιμαίκυλον.

Coccymelea ſiue prunus quo tempore floret in Aegypto.

Prolepſis.

Antheſteriõ ultimus mẽſis anni Attici.

Philoſtratus.

b 4 puc-

Puerorũ de floribus coronatio. pueros trimos floribus coronari, mense Anthesterione. Is enim, ut apparet, hũc mensem aperte inter uernos enumerat. Si igitur Philostrati æquales, Athenienses dico, mensibus aliter utebant̃ ac ipsorum maiores, eorum scilicet ordine turbato, uerum aliquid diceret. Tametsi nobis curæ nõ est, cognoscere quid Philostrati tempore agerent Athenienses, sed quid Aristotelis & Theophrasti. Quid uero si hoc quoq; de pueris comminiscitur, ut pleraq; alia, ex ĳs unus, quos Sophistas dixere: eumq; mensem uernum esse credidit, à floribus ducta nominis ratione? Nempe sic quę dixit fiunt cõtemptiora. Neque enim fide dignior uideri queat notatio à florum copia, quàm ab eorum inopia. Nam quod id temporis contingit floribus orbari, Anthesterionem dixerimus postremum autumnalium mensium: si quo forte modo in nominibus rationem sequi oporteat.

Sophistæ

Anthesterionis etymologia.

ORDO

ORDO ET SERIES ATTICOrum mensium.

SEries igitur Atticorum mensium à nobis hoc pacto ex supradictis causis ducenda est.

Hecatombæon.	Metagitnion.	*Attici mēses ex ordine constituti.*
Boedromion.	Mæmacterion.	
Pyanepsion.	Anthesterion.	
Posideon.	Gamelion.	
Elaphebolion.	Munychion.	
Thargelion.	Scirophorion.	

CAVSA MENSIVM IGNOrationis.

HArum autem rerū ignorationis, quæ maiorum nostrorum ingenia antehac obcæcauit, causa hæc est: quòd Romani & annū emendarint, & ut alijs populis, ita Græcæ genti imperarint. Ad imperium enim externum puritate elegantiaq́ꝫ sermonis amissa, Græci (ut ferè fit) ad imperitantium linguam transierunt, & latina nomina cū in alijs multis

Romanorū in Græcos imperium.

Cur Græci puritatē sermonis in mēsibus amiserint.

multis, tum in mẽsium proprijs uocabulis permiſcentes, in uſum ſuũ uerterũt: acceptiſq; Romanorũ colonijs, ſe etiam num Romanos, nõ Hellenas uocant, & nominibus menſium Romanis tanquã ſuis utuntur.

Romanorũ coloniæ. *Hellenes Romani.*

DE MENSIVM INTERPRETAtione.

VT uero interpretemur ad rationẽ Romanorum menſium, ſi ſumpto certo indubitatôque principio unum aliquem mẽſium rite deſignauerimus iuxta atticum morem, & eundem etiam, ut Romani appellare conſueuerint: ſic utique nõ inepte fuerit traditum, ut uertendi ſinguli, quóue modo eorũdẽ nominibus quolibet anni tẽpore ſit utendũ. Nã de Romanorum ordine à nemine ambigit̃, primũ eſſe Ianuariũ, deinde Februariũ, poſtea Martiũ, & ita alios deinceps, ut nominant̃. Capiendus itaq; è tropicis unus. Eſtóq;, ſi uidet̃, Hecatombæon. Si igit̃ Athenienſibus mẽſe Hecatombæone ſolſtitium eſt, certum eſt circa quemcunque

Certus ordo Romanorũ menſium.

Hecatombæon cur Iunius interpretandus.

cunque Romanum mensem fuerit idẽ solstitium, hunc esse Athenis Hecatombæonẽ. Dico autẽ iuxta proportionem, ut sepium, os, spinã. Nõ solũ enim menses ut proportione inter se respondeant, sed cætera quoq; omnia simpliciter interpretanda sunt, si quid ex interpretatione fructus ad nos speremus pventurũ. Iam uero mense Iunio æstiuũ solstitiũ est, ut omnibus cõpertum est. ergo Iunius est Hecatõbæõ. Cæterũ ponẽtibus Iunium esse Hecatõbæonẽ, iã nullus est labor reliquos interpretãdi. Sẽper enim sequẽti attico iuxta suppositũ ordinem cũ subinde sequenti Romano conueniet, & eadem ad anni partes erit cõsonantia. Sed forte quis dubitauerit, cum Athenienses ad Lunæ, ad Solis uero cursum Romani calculũ temporum subducerent: qua ratione fieri possit, ut utriusque gentis menses alteri cũ alteris sic competãt, ut inuicem dierum summa semper quadrans sit, & nihil in alterutris excurrat: utq; Hecatombæon recte transferatur.

Sepium.

Mẽse Iunio solstitiũ esse Romanis.

Atheniẽses ad lunam, ad solẽ Romani annũ direxerũt.

Iunius, & Metagitnion Iulius, ita quo-

Lunæ celeritas.

que de aliis: Neq; enim soli eadem, quæ lunæ, est celeritas: neq; unà desinunt incipiunt'ue ad Signiferi, quod propè di-

Οὐκ ἰσοταχὴς ἡ σελήνη τῷ ἡλίῳ.

xerim, partitionem. Ergo necesse est atticos menses uariare, & ambiguo plerunque esse inter priorem latinum & posteriorem loco. Quòd si ambiguus quisque amborum fiat particeps, cur potius à priore uertendo, quàm à posteriore nominetur? Quo sanè modo Galenus fecit, de abietis semine: Quod tempus (inquit) Romæ est September, Pergami apud nos mensis Hyperberetæus, Athenis uero Mysteria. Ea nāq; erāt Boëdromione. Nam circà Boëdromionis uigesimum diem mysticus Bacchus ab urbe trāsferebat̄, ut etiā Plutarchus scribit. Videtur quoq; Plinius, omnifariæ scriptor historiæ, sic interpretari illud Aristotelis de piscium partu, nimirum pisces plurima sui parte tribus his mensibus fœtificare, Munychione, Thargelione, Scirophorione; ut dicat his tribus, Aprili, Maio,

Galenus. Mensis Hyperberetæus apud Pergamenos. Mysteriorū tēpus Athenis. Mystici Bacchi tralatio. Plutarchus. Plinius. Aprilis. Maius.

io, Iunio. Insuper trecenti sexagintaquinque dies sunt anni Romani, subtilius eñ in præsens supputare minime oportet. Atheniensis uero anni, ex Aristotelis quidem sententia, trecenti sexaginta sunt: Pars (inquit) canũ præfert uentrem quintam partẽ anni, id est dies duos & septuaginta, at secundum Herodotum aliosq;, trecenti quatuor & quinquaginta. Tot igitur cum sint, si menses alij pleni & tricenarij, alij mutili, caui & uno die cæteris impares in numero alternãt, quocunq; modo res se habeat, sequens annus semper præuertet, & paulatim ex accessione in cõtrarias tempestates menses incident, loco diebusq; statis emoti. Item si Ilium captũ est abeunte uere, octauo die sub finem Thargelionis, septẽdecim diebus ante æstiuum solstitiũ, ut Dionysius Halicarnasseus ait, res priscas Romanorũ historiæ mandans: quo pacto Hecatombæon solstitialis æstiuus sit? Nempe hic sermo ostendit, Scirophorione esse solstitium. Dissentaneum etiã est

Iunius.
Quot sint dies anni Romani.
Quot fuerint dies anni attici.
Aristoteles.
Herodotus.
Menses pleni & anni.
Tempus expugnationis Ilij.
Dionysius Halicarnasseus.

est illud Theophrasti, cum dicit summo ineunteque uere, Thargelionis principio. Si enim est summum uer Thargelion, nequaquam esse queat solstitialis Hecatombæō, & multo minus uernus & æquinoctialis Munychion. Illud quoque Plutarchi dissentire uidetur, dicentis: Dum fructus leguntur, & uindemia comportatur, octauo die Pyanepsionis incipientis. his enim uerbis uidetur Pyanepsion in se continere autumni æquinoctium potius quàm Mæmacterion, siquidē erat uindemiæ collectio. Soluendi igitur sunt hi dubiorum nodi, ut rite fiat hæc nostra cōmentatio, & maiorem fidem dicta nostra accipiāt. Quocirca uetustissimos illos homines nulla ratione, nulloq; ordine mēsib. usos, atq; aliter alios annū ipsum partitos esse, cū ab aliis, tum uel maxime à Plutarcho, uiro undecūq; doctissimo licet intelligere. Nā barbarorū nōnulli trimestrē annū habebāt, & ex Græcis Arcades quadrimestrē, Acarnanes semestram: Aegyptiis aūt menstruus

Summū uer Theophrasto.

Vindemiæ tempus Plutarcho, in Theseo.

Solutio dubiorum supra positorum.

Anni confusio apud antiqßimos.

Barbarorū annus.

Arcadum, Acarnanū, Aegyptiorum.

ſtruus erat annus, deinde quadrimeſtris, ut aiunt. Idcirco antiquiſſimi uidentũ immenſam annorum multitudinẽ ſibi adnumerantes, ut qui certe annum menſe definirent. Romani uero prius decẽ mẽſium annum agebãt, & menſes alios neque uicenum dierum, alios tricenũ, quinum, alios etiam plurium; illudque ſolum conſiderabant, ut trecentorum & ſexaginta dierum ſuus eſſet annus, nec quæ eſſet ſolis & lunæ inæqualitas quicquam penſi habebant. Sed poſtea rex Numa Pompilius duos menſes adieciſſe fertur, & diſcrimen huius inæqualitatis undecim dierum eſſe reputans: utpote anno lunari trecentos quinquagintaquatuor dies, ſolari autem trecentos ſexagintaquinque habente; undecim hos dies duplicatos alternis annis intercalatione facta (quæ duorum & uiginti dierum eſſet) in Februarium induxiſſe: ueriqué ſimile eſt, hæc illum ex imitatione quadã Græcorum feciſſe. Primũ enim Solonem aiunt, Athenis hanc menſium

Aegyptij cur tã multos annos uixiſſe crediti.

Romanorum annus olim quot menſiũ: mẽſes quot dierum.

Anni emendatio per Numã Põpilium.

Pompilij intercalatio xxij. dierũ

Solon apud Atheniẽſes primus ãni cõcinnator.

 uagam,

uagam, & adhuc incertam incōſtantiam deprehendiſſe: & diem (quo luna ſolem adſequitur & tranſmittit) ἕνην καὶ νέαν, id eſt, antiquam & nouam lunā, ſiue extremam & primam, hoc eſt, interluniū uocari inſtituiſſe: & ſequentem νουμηνίαν, id eſt, nouilunium, ſiue Calendas appellauiſſe, menſemq; triginta dierum conſtituiſſe: & in genere annum ipſum in concinniorem ordinē digeſſiſſe. Intercalaris uero menſis uſum antiquitus fuiſſe Græcis, declarat Herodotus: Græci (inquit) tertio quoq; anno intercalationem interſerunt, temporū gratia: Aegyptij uero tricenis diebus, quibus duodecim menſes anni taxant, auctario facto ad eum numerum, dies quinque quotannis ſuperaddunt, & ijs ratio circuli temporū conſtat, eōdē redeuntis. Quòd ſi Numa quidem intercalationem duorum & uiginti dierum ordinauit, Herodotus uero triginta dierū recēſet, nihil hoc ad diſceptationem præſentem. Verū ex his datur illud intelligi, Athenīēſes menſe intercalario.

Ἔνη καὶ νέα. Interluniū.

Νουμηνία. Calendæ & nouiluniū.

Mēſis intercalaris græcorum.

Intercalatio Aegyptiorum.

rio utentes anni sui defectũ suppleuisse, ut temporum ratio facilius Solis itineri congrueret. *Athenienses intercalario mense curusi.*

DE ANNO.

Bifariam ergo annum cõsiderabãt, ut qui partim à Sole trecentis sexaginta diebus definiretur propter sectionem obliqui signiferi in totidẽ gradus. & huius certe quintam partem Aristoteles dicit esse duos & septuaginta dies: partim à Luna diebus quatuor & quinquaginta supra trecentos, eadem etiam ratione mensibus partim ad solem, partim ad lunã deductis: alijsq; annis dies triginta adijciebãt, alijs quinq; et si quid amplius opus erat, quarto quoq; anno. Hæcq; erant subsidia (quę nõ latius quidem paterent) sufficientia tamen restituere menses sibi, & ijsdem ferè finibus eos coërcere. Eaq; inæqualitatis curatio, ut maioribus olim remedijs indigeret, futurum erat: quemadmodum refert Plutarchus, Cæsar itaq; is, qui primus imperiũ *Anni duplex cõsideratio. Gradus signiferi. Menses duplices solis & lunæ. Annũ à Cæsa re ordinatio*

fuasit, & ad cuius unius arbitrium res Romana deuoluta est, quęstione hac de re optimis Mathematicis proposita, ex substratis iam ijs, rationibusq; propriã quandam & accuratiore cura excogitatam emendationem confecit. Primi autem omnium Aegyptij ad solem duodecim mensibus usi uidētur, & ijs quidem tricenarijs, & quinq; dies quotãnis adiecisse, particulamq; diei excurrentem ad supplementũ totius anni; ex multis annorum circuitibus aceruatam, in unum diem integrum coniecisse. Græci uero ab illis, cum alia permulta rerum cœlestium, tum hæc pręcipue mutuo acceperunt, partim traductis in linguam græcam commentarijs, partim cum eorum sacerdotibus uersati, egregie diuinarum cœlestiumq; scientiarum peritis. Ferũt itaq; Platonem & Eudoxum peregre in Aegyptum profectos, annis tredecim apud Aegyptios sacerdotes mãsisse: tanta enim cõsuetudine, tamq; diutino obsequio erant exorandi, & quasi eblandiendi

Primi omnium Aegyptij annũ ad solem deduxerunt.

Particula diei excurrens supra annum.

Dies collectitius Aegyptiorum.

Græci ab Aegyptijs res cœlestes mutuati.

Platonis & Eudoxi in Aegyptũ peregrinationes.

Aegyptij sacerdotes.

diendi, ut qui rerum arcanarũ tenaces, auariq́ȝ elargitores essent disciplinarum suarum, quo aliquid cœlestium contemplationum impartirent. Hæc uero ita distinguere, ut opinor, nõ improbandum. Quodq́ȝ inest dubij, quæ postea emersit intercalatio soluit. Atqȝ etiam siquid longiore temporis interuallo adhuc euariaret, credibile est uel antiquos ipsos perspicientes, id quoqȝ quodammodo correxisse, modò longiorem, modò breuiorem intercalationem facientes. Neqȝ uero exactam in his diligentiam, & ab omni errore uel leuissimo tutam exigere oportet: quãdoquidem hoc quoqȝ seculo, quo Astrologia tantum incrementi, præstantięq́ȝ adepta est, tamen motus disparilitas mathematicorum rariones fugit: quippe quæ superior sit eorum peritia. Sed tamen mensium cursus ut cum anni temporibus semper congruant, facit post tertium quenqȝ annum introducta intercalatio. Cæterum confusio illa & mensium inconstantia uaga (quę fuit

Antiquorũ intercalatio uaria.

Astrologiæ difficultas.

prius inuenta intercalatione, atq; etiam ab inuẽta) adhuc explicatione indiget, quónam pacto trãsferri cõmode possit. Constat enim ipsam intercalationem alternos ferè menses cum temporibus anni non competentes sæpe habiturã. Ex quo etiam Theophrastus inquit, uere statim Thargelionis initió: quasi Munychion hybernus fuerit: intercalaris uero æstiuus tropicus, uel certe in instantem Hecatombæonem solstitium circumagens. Quod interdum non contingere non potest. Nam propterea intercalatio inducta est, quæ defectum dierum suppleat, & in Hecatombæonem solstitia restituat. Porrò in his (qui sic indicem tẽporum notationem scribunt) interpretatio hoc pacto facienda est, ut præsenti semper tropico pro fundamẽto utamur, & mensium serie illa quam suprà posuimus. Verbi gratia: quando Theophrastus summo uere, statim instãte Thargelione dicit: mense Martio, & non Aprili interpretandũ est. Rursum quãdo Thucydi

Theophrasti locus expositus.

Intercalaris tropicus.

Cur intercalatio inuẽta

Quomodo autores in ratione mensium interpretandi.

cydi

cydides Elaphebolionem esse dicit ulti=
mum hyemalium mensium, hunc qui=
dem Februarium oportet interpretari:
secundum quem ueris initium Muny=
chion constituendus, & latinis Martius
est transferendus. Ex quo sanè cōtingit,
duos esse uernos æquinoctiales, Muny *Menses æ-*
chionem & Thargelionem: & duos au *quinoctia-*
tumnales, Boëdromionem & Mæma= *les.*
cterionem: similiterq́ʒ solstitiales duos, *Menses sol-*
æstiuos, Hecatombœonem & intercala *stitiales.*
rem: brumalesq́ʒ, Posideonē & Game=
lionem. Quam ob rem Aristoteles in=
quit: Gallina quidem parit omnibus an *Gallinæ par*
ni temporibus, exceptis duobus mensi= *tus.*
bus in hyeme tropicis. Et in Meteorolo=
gicis scribit Crinitā stellam ad ursam ap *Crinita*
paruisse mēse Gamelione, sole circa bru *stella.*
mam existente. Atq́ʒ etiam Anthesterio
nis postremam partem aliquando solsti
tium hybernum potest attingere. Sed
quos tropicos hyemales nominăt, sunt
hi quidem duo antè explicati. Sumendū
est tamē simpliciter, Hecatombæonem

esse æstatis principiũ, & solstitialem æsti uum, & reliquos simili deinceps ratione. De rebus enim contingentibus nulla ratio ineũda est, sed de spectatis & solitis. Nam in physicis dictum est, quencꝫ oportere dicere id esse, quod natura esse expetit, & est: non quod ui, & præter naturam. Dionysius uero ab Ephoro mutuatus, dicit Thargelione expugnatum Ilium. Quin & Plutarchus in Furij Camilli uita, Ephorum hęc scripsisse refert; nec uero septemdecim diebus ante ęstiuum solstitium dicit: & tamen Thargelione etiam ille dicit. Si Ephorus igitur, cum apud se non esset, alioqui dicturus Scirophorione, scripsit Thargeliõe, quẽadmodum item in alijs pro Iberia non pœnitenda regione Europæ, ciuitatem quandam Iberiam esse dicit: boni consulat, quod non reprehendatur, qui sui reprehendendi ansam dederit, eamcꝫ amplissimam. Quod si forte nescio quis ineptus scriptor mendose scripserit, Thargelione pro Scirophorione, ut ferè fit in alijs

Hecatombæon solstitialis simpliciter dicendus.

Dionysius Ephorũ secutus.

Plutarchus in Camillo.

In Ephorũ.

Iberia regio, non ciuitas.

aliis, & præsertim in iis, quę quęstus gratia scribuntur à bibliopolis (nam qui huiusmodi operas conducũt, imperitis oblatitiisq; & triuialibus scriptoribus utuntur) sic insons quidem fuerit Ephorus, & iure culpãdi qui exemplaria nõ emẽdarint, sed inconsiderate dixerint, Thargelione septemdecim diebus ante æstiuum solstitium. Sed idem etiã dicit, dies (qui annum illum explerent) superabundantes fuisse post solstitium numero uiginti: quod prorsus incompositũ & pugnans, si pro instituta Atheniensium ratione sermonem facit. Nam si supererãt uiginti post solstitium, certum est solstitium fuisse abeunte anno Thargelionis ultimo die, ut ille quidẽ uult: ut nos uero, Scirophorionis. Impræsentia autem nihil interfit. Sed esto ex eius sententia Thargelionis, profecto sequente anno solstitiũ erit nouilunio Scirophorionis: quod erat ipsi nono die incipiẽtis. Nam si octauo sub finem die Thargelionis captum est Iliũ, septemdecim diebus æsti- *Ephori error.*

uo prius ſolſtitio, manifeſtum eſt nono menſis ſequentis die æſtiuum ſolſtitium fuiſſe. Si itaq; ſolſtitium nono ineuntis, treis eſſe dies abũdãtes eſt neceſſe. Hæc autem planius poſtea elucidabũtur, ubi de uſu mẽſis intercalarij diſſeremus. An igitur Ephori ſit iſte error, an amanuenſis potius, in medio conſiderandum relinquo. Iam certum eſt, atticos menſes æquali dierum numero, ſimulq; finiente, Romanos ſemper æquiparare nõ poſſe; Ergo fit, ut ſinguli menſes Græcorũ inter binos ſemper Romanorum ambigãt. Exempli gratia: Hecatombæon partem Iunij & partem Iulij attingit, Metagitnion Iulij & Auguſti, Boëdromion Auguſti & Septembris. Similiter uero reliqui omnes non raro ſeſe præbent ancipites, quandoq; etiam æquales, ut uel ſuperiore anno lunam nouam cũ Aprilis calendis ſolaribus contigit emergere. Operæ tamen precium eſt, ſimpliciter à priore menſe interpretari. uerbi gratia: Boëdromionem Auguſtũ potiuſquàm Septem-

Attici menſes ambigentes.

Menſes lunæ & ſolis interdum ſimul incipere.

Boëdromiõ ſimpliciter Auguſtus.

Septembrem, ut æstiuus sit. tertius enim est ab Hecatombæone: in q̃, ut demonstratum est, æstiuum solstitium conficit. Nihil porrò Galeni intererat, q̃ ad abietis semen & compositionem acopi, siue à sequente September, siue à præcedente Augustus uerteretur ille mysteriorum mensis, præsertim cum solstitia & æquinoctia circiter quartum & uigesimum diem mensis Romani ab illius seculi hominibus signarentur: & præterea æquinoctialis interdum foret Boëdromion, cũ plures superarent dies post solstitium. Vnde etiã Aristoteles dicit, post arcturum circiter Boëdromionem, quemadmodum contrà peracto circa desinentem Hecatombæonẽ solstitio euenit uindemias fieri, circa incipientẽ Pyanepsionem, ut Plutarchus accidisse significat, quando Theseus è Creta rediijt. Aequinoctium enim fuerat sub finem Mæmacterionis. Pliniusq; æstimãdus est sic loqui, non qui uerba Aristotelis interpretetur, sed qui suam de piscium partu ex-

Acopum.

Solstitia & æquinoctia 24. die mensium Romanorum, tempore Galeni

primat ſententiam. Nihilq́ mirum eſt, ſi etiam in generationibus à regionum diuerſitate oritur differentia. Verum illud cōſtat, multam, ut plantarum, ita quoq́ animalium, non in magnitudine ſolum habituq́ uegetiore, ſed & in partu ipſa loca efficere differentiam, ut alia ſerius, alia gignant maturius. Sic igitur ſimpliciter & quadantenus uertentes, nequaquam ab idonea explicatione aberrauerimus.

Differentiæ in animalibus & plantis à locorū & regionū diuerſitate.

DE MENSIVM VSV.

SEd quoniā menſibus uti poſſumus uel ad ſolis motū, ut Romani: uel ad lunæ, ut Athenienſes: utrū atticū uſum an Romanū ſequemur, more quidē Athenienſium denominantes, anni uero in menſes eandem cum Romanis cōſtituentes diuiſionem? Plethon quidem refert natura eſſe comparatū, ut ad ſolem deducatur annus, menſis uero ad lunā: ſed quamobrem, non dicit. Verum alij huius quoq́ dicti rationem adferentes, aſſeuerant, quæ hic in terris ſunt, omnia

Plethon notatur.

à cœ-

à cœlestibus illis corporib. ordinari, magnosq́ esse lunæ effectus. Nam mutari aiunt manifeste ab illa terrestria cuncta, idq́ recte. Signũ tamen nullũ est, menses ad lunam, non ad solem agere oportere. Hæc enim inferiora superioribus illis motibus esse continua, non inficias imus, & omnem eorum uim & potentiam illinc gubernari, ipsumq́ decorum (quodcunq́ apud nos decorum) & rerũ ordinem à superna illa natura consistere. Quod uero indigestum, & suo errore indecens, id esse ab eo (qui est hic) syluestri tumultu materialiq́ alluuione. Detur uero, multa quædã à luna alterari uariariq́, cum plena cum dimidio orbe cæsa, cum gibbosa & utrinq́ cõuexa, cum in cornua flexa, atq́ etiam de cœlo ipso & ambiente aëre iudiciũ fieri, hæcq́ terrestria mutari per semisses, & quadrantes, & certas quasdam ipsius stationes. Non tamen idcirco conuenit, ut supersedentes solis annum in menses distinguere, eaq́ diuisione uti, & ad lunam diuertentes

Inferiora corpora à superioribus regi.

Syluestris tumultus.

Lunæ figuræ uariæ.

Terrestriũ mutatio à stationibus lunæ.

Sol naturalis dominus anni, atque etiam eius partium. tentes ultro ſponteq́ diffideamus. Nec enim ſecundum naturam eſt, totum ſoli quadrare: partes autem alteri, quàm ſoli magis conuenire. Nam partes ſunt totius anni, qui menſes nominantur, uel quomodocunq́ libeat illam in duodecim ſpatia ſolaris reuolutionis partitionem appellare. Quod enim cauſa eſt efficiens totius, id certe partium neceſſario efficiens eſt, cum ex partibus totum conſurgat, & ipſo toto partes ſint generatione priores. *Lunæ annus inordinatus, & præter naturam.* Eſt autem etiam inęqualius inordinatiusq́, annum ad lunæ curriculum ducere: quod qui ita agũt, menſem frequenter inſerunt, nec parum habent negotij, dum alios annos menſiũ duodecim, alios tredecim efficiunt. Itaq́ pręter naturam quidem id potius. *Ordo naturæ.* Nam ordo quidam natura eſt, & præter naturam quicquid inconditum & incompoſitum, & quod ordinem ſuum non ſeruat. Cæterum ut ſolem damnemus inutilitatis propter lunæ uim, & ea quæ uulgo apparẽt, poſtulatio nimis magna eſt,

&

& quæ uideatur esse eius, qui se magis sensui, quàm rationi applicet. Effectus enim lunæ, & opera à sole quidē (quod propè dixerim) omnia sunt: & hæc inferiora idem sol imprimis describit, modulatur, & in numerum ordinemq́ digerit. Et aliorum quidem siderum temperationis solem esse causam, cum multis alijs præclaris uiris, tū uel maxime Straboni gæographo uidetur. Euidentiora tamen sese nobis offerunt, quæ contingunt circa lunā, propter differentes eius species, ex uarijs solis intercapedinibus proficiscentes. Quapropter obseruāda sunt hæc siue per septimanas, siue per alterum mensem lunarem uidetur. Neq; uero his solis utendo solares deserere oportet, qui sint longe æquabiliores, & partes temporum diuinitus constitutorum, totiusq́ anni propriæ & natiuæ. Secundū naturam enim id simpliciter est, quādoquidem à causa, & priore, & magis necessaria. Quod uero est à luna, notius nobis cū sit & apertius, uiam ad ea (quæ

Effectus lunæ à sole.

Sol cœlestiū & mundanorum moderator.

Strabo.

Species lunæ à solis distantia.

Notiora nobis, & notiora naturæ.

(quæ ſunt notiora naturæ, & perfectio-
ra)munit. Quamobrem Cæſar cogno-
mẽto apud Romanos Diuus, ingreſſus
hanc uiam ad id, quod erat certius exa-
ctiusq́; de anni menſiumq́; diſpoſitione
propius acceſſit. Qui ergo in medio po
ſitis & nobis manifeſtiorib. aſſidue inſi-
ſtunt, non uidẽt recte dignoſcere quid
per ſe, & quid per aliud ſumendum ſit.
Aſtrologiæ commentationes quotidie meliores. Semelq́; exiſtimare oportet Aſtrologiæ
commentationes, quæ multo pòſt tem-
pore diligentiore cura abſolutę ſunt, nõ
parum ab antiquis illis differre: non au-
tem præ peruicacia decens eſt imperfe-
ctiora perfectioribus anteponere, quaſi
uolẽtes in ſenectute adhuc retinere pue
Galeni & æqualiũ ſententia de quadrãte diei à poſteris recognita. ritię ineptias. Quando uel ipſe Galenus
in libris de dieb. decretorijs dicit, anno-
ſupra trecentos & ſexagintaquinq́; dies
particulam quãdam accedere, diei qua-
drante maiorem. Atqui non maiorem
eſſe, ſed minorem, poſteris obſeruationi
bus annotatum eſt. Quod ſi forte ne ſo-
lis quidem motus ratio ſatis nobis con-
ſter,

ſtet, at quàm lunæ certe multo certior eſt, eiusq; error leuior, & minus errori propinquus. Siquidem ſatis eſt, unum diem quarto quoque anno intercalari, poſt uero ducentos fermè annos unum exemptilem fieri, uel quam longo temporis interuallo iudicabunt, qui aſſiduę ſuccedent experientia excellentes aſtronomi. Neq; enim præſentis eſt inſtituti, ſi quibus controuerſa eſt in hac re annorum multitudo. Haud dubie enim plurimo temporis interſtitio emẽdabitur, utcunque ſe habeat. *Dies intercalaris.* *Dies exemptilis.*

QVOD VIRIS PRVDENTIBVS commodius uidetur annum ad ſolem agere.

IMpenſe uero laudat Cæſaris emẽdationem Plutarchus, prȩſtanti uir iudicio, ſic dicens: Faſtorum autem diſpoſitio, & inconſtantiæ illius uagȩ & incertæ correctio, eleganter ab ipſo philoſophica ratione explicata, finémq; ſortita iucũdiſſimum uſum prȩbuit. Herodotus autem *Plutarchus.* *Herodotus.*

tem

tem ſapientiores Græcis exiſtimat Aegyptios, quatenus Græci tertio quoq; anno unum menſem intercalant: Aegyptij uero menſibus tricenarijs quinque dies quotannis adijciunt. Sed nec ab re fuerit, autoris ipſius uerba reponere: Agũt (inquit) eo prudentius Græcis, ut mihi quidẽ uidetur, quòd Græci tertio quoq; anno menſem intercalarem faciunt, idque temporum gratia: uerum Aegyptij duodecim menſibus (quibus tricenos dies adnumerant) ſingulis annis quinque dies aſſciſcunt. Tricenis aũt diebus menſes taxare, q̃d ſit ad ſolis curſum agere, oſtendit Strabo ita inquiens: Aegyptiorum uero eſt & illud, dies nõ ad lunam, ſed ad ſolem agere, tricenarijs menſibus duodecim quinq; dies quotannis adijcientium. Plethon igitur multum ab ijs diſcrepat, dicens ſecũdum naturam magis eſſe menſes ad lunam agere: annum quidem ſoli pro arbitrio attribuens, menſes uero lunæ.

Strabo.

QVO-

QVOMODO VTENDVM mensibus & anno.

NOs aūt & ordine mensiū, & nominib. utemur explicatis: rebus uero iuxta Cęsaris emendationem, qua hactenus utentes Romani minus reliquis in hac cōfusione falli uident̄. Millesimus ergo & propè quingētesimus est præsens annus. Neq; uero siquid à quibusdā excogitatum, & in cōmunem uitæ utilitatem collatū est, siue Latini, siue barbari sint huiusmodi inuentores, dedignamur ab ijs id inuentū utendum accipere, omnesq; domesticos & familiares existimare, homines qui sint, et eiusdem nobiscū naturę participes, ijsq; inuentionis gratiā habere, non aūt prę inuidia cōtentiosè rixari, & spōte deteriora capessere.

Quo tempore Gaza hæc scribebat.

Diebus itaq; trecentis sexagintaquinq; ad solis cursum nobis distribuet̄ annus, addita quoq; huic numero particula quapiam diei quarta parte minore. Et menses quidem cōplentes dierum numerū, alij triginta erūt dierū, alij

Annus ex 300. & 65. dieb. & particula diei quadrante minore.

uno die abundabũt, unus uero cõtinuo quidẽ triennio duob. deficiet de trigin-ta: quarto aũt anno, uno die tantũ. Quã doquidẽ hi ſeptẽ, Poſideon, Gameliõ, Munychion, Scirophorion, Metagitni on, Boëdromion, Pyànepſion, uno die excedent tricenarios: reliqui uero trice-nis cõſtabũt, preterq̃ Elapheboliõ. Hic enim p tres annos dieb. octo & uiginti taxabiť, ſed quàrto anno undetriginta, propter diẽ intercalarẽ. Porrò cur à Cæ-ſare menſes ita diſtributi ſint, ut hic eſſet triginta dierũ, ille non: huic exceſſus, illi defectus: alterius eſt conſiderationis.

DE INTERCALARI DIE.

MEnſem quidem nullũ unq̃, ſed unũ diem per ſingulos annorũ quaterniones menſi Elapheboliōni in-tercalabimus, quemadmodũ Romani

Biſſextus. Februario biſſextũ, ſic uocantes, q̃d bis ipſum diem inſcribãt ſextum calendas Martias. Ita eñ Cæſari Auguſto uiſum eſt. Nos uero tali uocabulo nequimus uti, nam intercalarem ſolum & ſextum

rite

rite appellare possumus. Cæterũ de exẽptili die consideratio suscipienda est, & q̃d uisum fuerit, latini admonendi sunt, ut idem amplexantes, annum sibi corrigant. Sic enim inter nos cõueniet. Exẽptilis enim diei iam longo tempore nulla ratione inita, solstitia, nostra ætate, multo anteuertunt diẽ mensis ab initio solstitialẽ constitutũ. Sic itaq; menses agant nobis, utentib. nominib. traditis.

Exemptilis diei consideratio.

Solstitiorũ hac ætate properatio unde facta sit.

DE ANNI PRINCIPIO.

PORrò anni principiũ Athenienses Hecatombæonem constituebant, ab æstiuo solstitio incipientes, sicut est prius demõstratũ: Romani uero Ianuarium, inchoantes ab hyberno. Et certe magis propriũ uidetur esse principiũ, iureq; hoc Plethon laudat. Nam lege & instituto alijs aliud anni principiũ agentib. natura quodãmodo idẽ ut sit principiũ, suadere uidet̃: quãdo sol generationis autor, ultra ꝓgredi desinens, reflecti ad nos incipit, & lucis auget tẽpus, tenebrarũ uero minuit. Recte igit̃ & Numa

Principium anni Romanum maxime omnium secundum naturam.

principiũ huiuſmodi Romanis ordina-uit, cũ prius Martiũ menſem Romulus anni feciſſet initiũ. Nobis igit̃ idem eſto anni principium, & nouus anni mẽſis Gamelion: ut cõſonemus cũ Romanis ſicut in menſib. ita etiã in anni exordio, q̃ eſt Ianuarius. Nũc uero Græcis principiũ anni, indictionisq́ꝫ agentibus ab autumnali æquinoctio, indictionis quidem ratione (ſignificat autẽ edictũ hæc dictio) cũ Romanis concordia eſt, anni uero nõ. Quanq̃ꝫ & de his ſanè inter illos cõuenire oportebat, præſertim Chriſti legib. cõmuniter utentes. Neq́ꝫ enim puto Romanos huius ſeculi magis propter ſolſtitiũ, q̃ q̃d tũc Chriſtus natus ſit ita agere, ſed tũ ſolſtitiũ eſſe forte cõtigiſſe: ipſos uero natali Chriſtiano primum honorẽ tribuẽtes, ut fas eſt, p̃dictũ initiũ facere. Anni q̃dẽ idẽ initiũ faciendũ eſt.

Principium anni Romuli.

Indictio.

Natalis Christi.

QVOMODO MENSIS dies ſunt numerandi.

NVmerare uero cuiuſq́ꝫ mẽſis dies Plethoni ſic placet, ut quadripertito

Menſis Plethonis diuiſio.

tito mensem diuidat, in principium, me diũ, pręcipitiũ, & recessum. Idq́ partim à Polluce uidet mutuari, partim per se quodãmodo cõminisci. Ita enim (puto) facilius illi erat suas ferias disponere, noua quædã sacra cõstituenti. At nos nihil impediat, q̃ minus supputemus, ut Athenienses, mense trifariã partito, partẽ unã ἱσταμένου, id est, instantẽ siue ineuntẽ uocantes: ὑπὲρ δέκα, id est, supra decẽ alteram: ultimã φθίνοντ, id est, præcipitem uel desinentẽ. Quãdoquidẽ hæc quoq́ diuisio nostra sic nescio q̃modo fiet cũ Romana cõsonantior. Hi nãq́ treis etiã in parteis mensem tribuentes, Calendas, Nonas, & Idus appellant. Sic itaq́ numerandũ est, ut neomenia (q̃d nouiluniũ significat) mensis primus dies sit: deinde secũdus instantis, tertius instantis, & ita deinceps usq́ ad decimũ: postquẽ primus supra decem, secundus supra decem, & sic per ordinẽ usq́ ad uigesimũ, qui & εἰκὰς dicit, quasi uicenionem ausis appellare. Post quem undecimus

Atheniensis mensis diuisio.

Mensis Romani distributio.

Supputatio dierum mẽsis iuxta Atticũ morẽ.

Instans.

Supradecẽ.

Præceps. mus pręcipitis,uel decimus,uel nonus, uel octauus,ꝑ mensis cuiusuis superan te dierum numero: & deinceps ordine præpostero subducendũ,numeri quidẽ seriem retexendo usq; ad secundũ pręci pitis. Ita eñ Athenienses numerabant, non addentes,sed auferentes resoluen- tesq; usq; ad trigesimũ diẽ:et id quidem Solonis instituto, ratione lunæ ita sen- sim lumẽ suũ minuẽtis. Et hoc certe mo

Aristophanes Comicus in nubibus. do Aristophanes comicus supputat: Quintus,deĩde quartus,hincq; tertius: Post quẽ secũdus, omniũ et quẽ maxĩe Metuo, sequẽs est cõtinuo uetus & no uus. Itaq; post secũdũ præcipitis, nobis collocandus est uetus. Nã ueteris & no

Intermenstruum. ui,id est, extremi & primi,seu intermen strui,nobis usus exoleuit:qđ nõ ad lunã tẽpora deducamus. Sed diẽ mensis ulti

Vetus dies & nouus. mũ appellare ueterẽ quid nos uetat, cũ primus quoq; nouus sit? Iã uero pręcipi

Præcipitis dies nũc plures,nũc pauciores. tis dies interdũ plures habemus,nõnun quã pauciores dieb. Atticis. Quãdoqui dem menses alij tricenûm dierũ,alij tri- cenûm

cenũm singulorũ, unus modò duodetri
cenũ, modò undetricenũ, nimirũ quar=
to quoq; anno uno die addito, q̃d prius
est dictũ. Quapropter mẽses alij ab un=
decim dierũ reliq̃ supra uiginti numero
Hẽdecaphthini uocent, alij Decaphthi
ni, q̃bus decẽ dies supersunt: unus uero
Octaphthinus et Enaphthinus, cui nũc
octo, nũc nouem superãt ultra uiginti.
Hi em̃ septẽ Posideon, Gamelion, Mu
nychion, Scirophorion, Metagitnion,
Boëdromiõ, Pyanepsion, undecim dies
præcipitis habebũt: at reliqui decẽ tan=
tum, præter Elaphebolionẽ, q cõtinuo
triennio octo habebit, nouẽ autẽ anno
quarto. At si quis φθίνειν, id est, p̃cipitare,
seu desinere, & ἱστᾶσθαι, id est, instare siue
inire, propria lunæ esse dicat, mente ani
moq; cõplectat: q̃d in alijs etiã cõpluri=
bus aliũde tralatus improprij sermonis
usus euicit, ut in his q̃q; uerbis χαλκεύειν,
& χορηγεῖν, & δημιουργεῖν, id est, cudere,
suppeditare, procreare. Quondam etiã
βυβλία solum dicebantur, quæ fierent

Menses Hendecaphthini, Decaphthini, Octaphthini, & Enaphthini

φθίνειν καὶ ἱστᾶσθαι.

χαλκεύειν. χορηγεῖν. δημιουργεῖν. βυβλία.

ex iunco papyro, quæ in Aegypto pro-
ducitur. Nunc uero ex lini panniculis,
& linteolorũ ramẽtis uersis in opificiũ,
constipatæ chartæ quædã, & cõglutina
tæ (in quibus scribimus) id nominis sor
χοινίον. titæ sunt. Et χοινίον olim funis erat, ex
schœno iunco (quæ ex palustrib. plãta
est) confectus, sed nunc ex lino & lanis
in eundẽ usum cõuolutus contortusq́
funis, schœnion appellatur. Et præterea
αὐθέντης. αὐθέντης ab antiquis cædis patrator tan-
tum uocabaẽ: nũc uero quisquis autor
est, artifex, opifex, curator rei cuiusuis,
Authentes nũcupaẽ. Et nimirũ uicit in-
ualuitq́ supra mille annos huiusmodi
significatio, posteaq̃ Græci cũ Romanis
uersantes perceperunt suã linguam ad-
huc indigere nomine huic nomini Lati
Autor. no autor respondente, quod maiorẽ ha
beret usus proprietatẽ. Ita enim coacti,
ut uerisimile est, rei crebro in usum ue-
nienti, magis propriũ nomẽ imponere,
hoc certe nomẽ Authentes in illud trãs-
mutarunt, imitantes alienã legem. Basi-
lius

lius itaq; unus è nostris Pontificib. tempore Imperatoris Iuliani, uir nõ minus eloquio, quàm acri cogitatione prędítus, dona spiritus sancti dicit nõ fieri per ministeriũ, sed authẽtice: id est, nõ à ministro dari, sed ab autore. Et Synesius philosophus, qui fuit paulo post tẽpora Theodosij imperatoris, interrogans patriarcham Theophilũ, an oporteat Alexandrum quendã existimare episcopũ, in episcoporũ ordinem adoptatũ ab Ioanne, q postea inter diuos relatus, et Chrysostomus cognominatus est: sed tunc propter quandã contentionem, & seditionem ab ecclesijs de cõcilij sententia exclusus erat: sic infert, Ad quod opus est authentiã, id est, autoritatem successionis apostolicæ simpliciter, & sapienter sentẽtiã ferre. Enimuero etiã Romani, ut scribit Plutarchus, illã mensis diuisionem tripartitã ad treis maximas lunę differentias fecerunt, Calendas nouilu niũ appellãtes, quod tum luna in coitu existẽs quasi occulta sit penitus defecta

Dona spiritus sancti fieri authentice.

Synesius philosophus.

Theodosius imperator.

Theophilus patriarcha.

Iohn. Chrysostomus.

Plutarchus.

Calendæ unde dictæ.

Clām. lumine. clām enim Romanis latenter significat, unde Calēdas dicit appellatas. Nonæ. Nonas aūt, quando primū ad occasum Idus. cōspicua noua fit: Idus, quādo iam pleno orbe facies formosior conspicit. Sed tamen postea etiā, quamuis menses ad solē deducāt, tēpus similiter diuidētes, Calēdas, Nonas, Idus, etiam nū uocāt, nominib. abutentes: quibus antea ad lunæ cursum proprie utebant. Nō igit absurdum fuerit, si nos quoq; Instanrē & Præcipitem dixerimus: nō ad lunæ amplius, sed ad solis curriculū tempora dirigerētes. Proportione itaq; apud nos respondebit Neomenia Calendis Romanis: Instans uero, & supra decē, & Præceps seu Desinēs, illis dicendi modis latinis, ante Nonas, ante Idus, ante Calēdas. Vt uero nobis nō amplius usus extremi & primi, sic ne Romanis quidem interlunij: diē enim (cuius pars desinēti mensi, pars incipienti cōpetit secundū lunā) Romani ita uocāt. Hæc igit sic accepta, bene quidem habeāt. Neq; uero hic

Reductio dierum Atticorū ad dies Romanos.

Nūc nullus usus diei extremi, primi, ut nec interlunij.

hic sermo priuat rudes & idiotas dierũ lunæ cognitione, quot nam scilicet quotidie sint. Multũ enim ad id cõducit dierum solaris mẽsis peritia: faciliusq; est, eos dies Epactis adijciẽti huiusmodi lunarem numerũ inuenire. Atq; hic nõ requirenda subtilis exactaq; diligẽtia. Epactę sint A. Numerus dierũ solaris mẽsis seriatim cõtinuatorũ sit B. Numerus mensiũ anni cõsequentiũ à Martio quidem incipiẽtis C. Cõflatus ex A, B, C, numerus, sit D. Numerus excedens triginta sit E. Excessus ille uocẽt F. Numerus dierũ lunæ cõsequentiũ sit G. Cæterũ D erit æqualis G, nisi E sit D. Quod si sit, F erit æqualis G. A uero, id est, Epactarum summa, quæcũq; sit, sumenda est. Sufficit em̃ uulgo illa quæcunq; sit. Sũt itaq; uigintiocto Epactę præsentis anni, à uere incipientis. Verũ augeant per singulos annos similiter à uere inchoãtes, additione undecim. Et quando hic numerus triginta excesserit, sumat ille excessus A. Et sic semper augenti & accipienti

Cognitionis dierũ lunę ratio.

Epactæ.

ti ſumendum eſt A, fiat additio H. Alter exceſſus ſit I. additione H. ſimul ſumpta cum A, id eſt, cum uigintiocto Epactis pręſentis anni A, excreſcens ſumma erit dierum nouem ſequẽtis anni à uere inchoatiui: & rurſus facta additione, erũt uiginti Epactæ ſequentis anni. deinde una Epacta anni qui ſuccedet. I, enim exceſſus ſecundus una dũtaxat Epacta eſt. Et ita aſſidue fiat, peritius uero ſic.

INVENTIO EPACTARVM.

Diuidant̃ anni à natali Chriſtiano per nouendecim, his uno altero anno etiã addito. Sumant̃ uero dies, q ex ea diuiſione (quæ fit p nouendecim) ſupererunt: & multiplicentur per undecim, deinde diuidãtur per triginta. Qui certe ſupra trigeſimas illas dies remanebunt, ſunt A Epactæ. Verbi gratia, nũc à natali Chriſtiano ſunt mille quadringenti ſeptuaginta anni. Adijciatur his unus. His ergo per nouendecim diſtributis, certũ eſt octo ſuperare. Sumptis uero his octo, & per undecim multiplicatis

alter Gazæ *Epactæ quot eſſent Gaza hæc ſcribente.*

catis, qui conficit inde numerus, continet octoginta octo. Hoc rursum diuiso per triginta: excurrēs summa capit duo detriginta. Id aūt est A Epacta præsentis anni: similiq; ratione in posterum erit Epactarū inuentio. Sic igit iterum sumptis Epactis A scilicet adijciat, & B & C, tum D: summa ex ijs cōflatilis dicenda est G, nisi excesserit triginta. Nam si excesserit, hic excessus erit dicēdus G. Neque uero horū quicq; festis diebus impedimēto est. Anno enim toto in duas et quinquaginta septimanas distributo, ex quatuor septimanis singuli menses à nobis constituerent, & præter id numeri quatuor dies habebunt sanctissimos, singulos per septimanā: nisi si forte ante uertētes aliqui à dominico die incipiāt, uel tardius incedentes intra mediā septimanam. At mensis Plethonis sex festos dies cōtinens, aufert plus iusto necessariorū ciuitati operū. Ignauos enim atq; inertes esse necesse est eos, qui festa agitant. Et simul tres dies festos esse deinceps

Septimanæ anni quinquaginta-duæ.

Menses singuli quot constent septimanis.

Festi dies Plethonis.

ceps ex Plethonis institutione usuuenit, mensis quidem ultimũ (quẽ ueterẽ uocat) Plutoni, ueterem & nouũ, id est, intermenstruũ sui cuiusq; recognitioni, nouiluniũ autem Ioui. Verũ id ita euenire fastidiosum sit. Itaq; per intermissionem agere (eorũ enim quæ interuallo fiunt, si iucũda quidem sunt, iucundior est sensus: sin autẽ molesta, tolerabilior) et q̃ paucissimas ferias celebrare melius sit. Vnũ enim hoc ciuile institutũ perniciosum, multas scilicet agere: ac signum est nõ pietatis, sed uoluptatis. Ceterum qui dies forẽt celebres feriatiq;, Plethoni quidem nõ erat indecens recensere, ut qui alios dies festos, q̃ qui à nobis recepti sint, cõstituat. Nobis uero id minime opus est: cũ de his impræsentia sermo susceptus nõ sit. Nã certũ est, Christo resurgenti rituales & legitimos quatuor dies mẽsem quẽlibet habiturũ. Cõmodius enim, q̃ possumus minimo res diuinas cõtrahere. At diem festũ nobis ipsis spectãdis singulis mensib. præscribendum,

Intermissionis iucunditas.

Festi dies Christo resurgenti.

bendum, et rerũ à nobis patratarũ inſpectionem ſemel in mēſe faciendã, ut cenſet Plethon, nos quidē negamus. Verũ piũ ſanctũq; ſit id quotidie, nedũ ferijs, actitare, nocte ſcilicet à ſomno ſufficiēti, & cibi cōcoctione prima nobiſcũ reputãtes, qd'nã piaculi pridie admiſſum ſit, q̃d expiatũ iri oporteat poſtridie: tũ hoc ſtatim ab aurora correcto, purifica piacularia q; oracula auſcultare, factóſque ſãctiſſimorũ ſacrorũ ſpectatores, & bonis interdũ auib. illo ſacrificio, ſanctificoq; cruſtulo delibato, à tali principio ad opas noſtras abire. Sed de his aliâs.

QVOMODO SEPTIMANAE dies ſunt numerandi.

LIcet uero ſeptimanæ dies numerare, uel ut Græci huius ætatis, primũ diem Dominicum uocantes: ſecundũ uero, id quod re uera eſt, ſecundũ: deinde tertium, quartũ, quintum, ſextum, ſeptimum: uel ut hodie Romani ſecundum ſtellas erraticas, poſt Dominicum Lunæ diem ſtatuentes, deinde Martis, ad hæc

Dominicus dies.

Nomina dierũ ſeptimanæ Romanæ.

ad hæc Mercurij, pręterea Iouis, postea Veneris, demum Saturni. Parasceuen enim diem sextũ appellare, & septimũ sabbatũ, id apud nos (ut uidet̃) nullã rationem habet. Sed apud Iudæos fortasse, nimirũ ante sabbatũ illos apparatum facere oportet: ut qui superstitiosa quadam religione obstricti, nihil negotij obeãt postridie. Verũ id nostra nihil interest. Neq; enim septimo die ab omni opere feriamur inertes, qui dies à Iudęis sabbatũ à quiete nuncupat̃: sed ipso die primo, qui nobis est dominicus sacerq; Deo resurgẽti. Neq; tamẽ sic ociamur, ut uel elixare, uel mensam sternere religio sit: operęq; sit pretium omnia pridie ꝑparata habere. Ergo nec utile, nec alioqui honestũ, hęc Iudęorũ nomina in nostræ septimanæ calculũ assumere. Nec enim sic se habet sabbatũ, ut Hosana & Sabaoth: q̃ aliena quidẽ cũ & ipsa sint, tamen in hunc usq; diẽ in sacrificijs acclamatione cõmuni ab ipsis sacrorũ ministris necessario usurpant̃. Quæ enim

Sabbatũ unde uocatum

Hosana. Sabaoth.

à ma-

à maximis pōtificib. alicuius arcani gratia sancita sunt, nefas sit immutare. Superstitiose uero et anxie agere, q̄d nullū usum, cogentē'q; necessitatē habet: id redolet iudaismū. Nos igit̄ mensib. dieb. et anno sic uti maxime dignū putamus.

QVOMODO SECVNDVM Athenienses agenda sunt tempora.

QVod si cuius interesset secūdum Athenienses agere, ordine quidem utetur demonstrato; siquid ordinis præsenti sermone consecuti sumus. Verū postq̄ ab æstiuo solstitio anni principiū ordinauerit, mēsiū describet alios trigenarios & plenos, alios uero uno die minus alijs alternis uicib. cēsos: quasi deficiente diei certe dimidio, ut menstrüum lunę tempus sit tricenū dierum. Supputabit autē dierū ratio, quo supradictū est modo, usq; ad uigesimū: secundum quem, si mēsis est plenus, dices decimū præcipitis, deinde nonū, & ita deinceps ordine prępostero usq; ad secundum: post quē extremū primū seu uete-

Menses Attici quot diebus constarent.

Tempus lunæ quot dierum.

Mensis plenus.

Mensis cauus. rem & nouũ. At si mensis cauus sit, nonum desinentis post uigesimũ dices, & simili deinceps ratione, ut etiam Pollux enumerat, sed nõ sufficienter quidẽ, ut qui solius caui dies recenseat. Plethon uero uigesimũ nonũ ueterem appellãs, & trigesimũ ueterem & nouũ, nihil nobis, quantũ ad hãc rem, dissonũ adfert. Diem enim, quẽ secundũ præcipitis dicimus, ille ueterem appellat, ut forte sacrũ ipsi Plutoni existentem. Nã ex huiusmodi appellatione nescio quid graue, superciliosum & tragicũ præ se fert: quæ res apprime opus est ijs, qui tractãdis sacris uehemẽtius occupant. Enimuero periclitãdũ est ad lunã dies numerare. Quando etiã id sibi uult ea mensiũ cõstitutio, cũ pleni alij, alij caui sumuntur. Sed nõ sufficit tamen. Siquidem & alia quædã crebro cõmentari oportet, si consonantiã æqualitatemq́ seruare uellimus: id q̃d propter nõ paruã lunæ cõfusionẽ est difficile. Quo fit, ut neq; Athenienses uideant recte atq; ordine procedere:

dere, ut ex eo cōiectare est, q̃d Comicus lunā facit ijs succensere, q̃d nō rectè ad suū ipsius curriculum tempora dirigerent, sed † infra supra confunderent. sic enim ille loquitur. Experiendū tamen est emendare pro uirili, utendo assiduè expertissimis Astrologiæ speculationū præceptorumq; consilijs. *Aristophanes Comicus.* ** sursum deorsum, fortè melius: aut ut Terent. rursum prorsum.*

DE MENSE INTERCALARIO.

ET mense quidem intercalario Atticis annis etiā opus est, uti prius explicauimus, ut menses perseuerēt tēporibus cōcordes. Inserendū itaq; Scirophorioni mensi, qui respondet Maiō, dies triginta. Testesq; huius rei Macrobius scriptor Romanus, & Herodotus. *Macrobius.* Nā ille in Saturnalib. dū Glaucippū in cōmentarijs de sacris Atheniensiū interpretat, dicit Athenienses ultimo mensi anni superfluos dies inijcere: atqui ultimus est Scirophoriō. Rursum Herodotus intercalationem esse dierū tricenûm abunde manifestat his uerbis: Quod si uolet, inquit, alterū annū esse, q̃ alterū, *Herodotus.*

uno mense maiorē, ut tempora eōdē op portune recurrant, menses quidē intercalarij trigintaquinq; fiūt per annos septuaginta, dies uero ex his mensib. mille & quinquaginta. Quoto autē quoq; anno intercalandū sit, si quis Herodoto fidē habendā putat; ex nuper appositis q̃d quærit sumere potest. Alternis enim annis intercalationē fieri declarat, dū dicit alterū ex duob. annis fieri altero longiorē, & dum quinq; & triginta menses intercalarios p̄ septuaginta annos enumerat. Id q̃d forsan adhuc indiget consideratione, quonā pacto per alternos annos intercalatis dieb. triginta contingat menses tempestatib. cōpetere. Quādo sanè temere per plura fiat, q̃d fieri possit per pauciora: atqui per pauciora fiat, si quarto quoq; anno factū æque recte habeat. Sūptis quidē mēsib. ut retulimus, & intercalatis dieb. triginta post tertiū quenq; annū, hoc est interuallo duorū annorū intercalationē fieri: nisi si ab hoc inchoatiuo quopiā die solstitiali annus incipiat.

Quotocūq; anno intercalandum secundum Atticos.

Incipiat. Sunt aũt inchoatiui solstitiales, primus, secũdus, tertius, uniuersi perfe- ctiq; ambitus. Primus quidem primi an norũ undenarij & imperfecti ambitus. secũdus uero secundi undenarij & im- perfecti ambitus, tertius autẽ sequentis octonarij iustũ numerũ uniuersæ perfe ctæq; periodi implentis. Nã hoc genus curriculi, ut plena in his fiat annorũ re- uolutio, ternariũ illum annorũ gradũ ex petit. Porrò accidit, nihil ultimo anno su pfluere: sed uel deficere, ut in primo & secũdo undenario: uel æquare, ut in se- quẽte quidẽ octonario. Quapropter ne cesse est cõtinuo illi anno, qui initialem excipit, dies abundãtes adijcere. Altera tamẽ additione etiã opus est, ꝓpter ex- currẽtem particulã: siquidẽ quarto quoq; anno dies unus deest. Repleaĩ itaq; p ui ces hoc modo. Fac esse Hecatombæo- nis neomenia solstitium primo anno: se quẽte profecto erit duodecimo die He- catombæonis, eiq; addito intercalario, ipsiq; supplementũ confectum est, & se

Inchoatiui solstitiales perfecti ambitus.

Ratio totius perfecti ambitus.

quenti anno,puta tertio,ſolſtitiũ exiſtit uigeſimo ſecũdo die mẽſis intercalarij, & ſuperflui ſunt dies octo: atqui undecim oportebat. Itaq; in quartũ inſtantis Hecatombæonis ſolſtitiũ quarto anno redit: deinde in decimũ quintũ anno cõſequenti,in q̃ intercalatione facta quinto & uigeſimo die menſis intercalarij ſequẽti anno, ſcilicet ſexto, ſolſtitiũ collocat,& ſuperfluunt quinq;. Quapropter annus ſeptimus ſequẽs ſeptimo ineuntis Hecatombæonis ſolſtitiũ peraget, et decimooctauo annus octauus. Hoc rurſum intercalarij facto,ſolſtitiũ erit uigeſimo nono die menſis intercalarij anno ſequente,& dies abundantes duo. Anno uero decimo,in decimũ Hecatõbęonis ſolſtitiũ circũagit: & proximo in uigeſimũ primũ,qui factus intercalaris ultimus quidẽ primi undenarij in ſecundum Hecatombæonis ſolſtitiũ reſtituit, nullũ ſuperfluũ relinquens; ſed adhuc duo uno indigens. Ipſe igit̃ primus undenarius,& ſingularis ambitus & impfectus

fectus, incipiens quidē à nouilunio Hecatombæonis, die uero secundo eiusdē finiens, per septē scilicet annos naturales opitulante intercalariū annorū quaternione. Secundus præterea undenarius similiter in diē tertiū Hecatombæonis solstitiū rejcit: at tertio loco octonarius positus pariter decursus, perficit illā uniuersi pfectiq; ambitus plenā instaurationē, solstitiū in Neomeniā Hecatōbęonis restituens. Et sic semp circūacta solstitia cū mēsib. cōgruent, additis etiā particulis excurrētibus q̄ cōmodissime addi posse uidebunt. Porrò cōsiderāda hæc sunt etiā in exposita descriptaq; tabella, si cui id curæ est. Quod si cui placet secundū Plethonē distribuere, & numerare, nihil illū impediat: q̄ minus & ordine utat, & nominū ratione antè explicata. Atq; etiā Plethon hac denominatione usus esset, cū de mensib. scriberet, si rectè ab alio mutuari hanc mutuā mensiū seriem potuisset. Necq; enim ipsi suas ferias, dierumq; enumerationē la-

Anni naturales, q uulgo cōmunes

befactasset Atticorũ mensium nomenclatura: ut interim taceã, quantũ dignitatis & splendoris attulisset, librũ ipsum scripturamq́ abunde exornans. Nunc uero ille absurdã nobis Romanorũ mẽsium enuntiationẽ refugiẽs, nec Ianuarium, nec Februarium, nec reliquos nominat: deq́ Græcorũ mensium ordine dubitabũdus, & laboris inuestigandi fugitans, ad numeri facilitatem diuertit.

DE PRINCIPIO DIEI.

